fraternitatiſ, anniſ ſinguliſ recipiendum nomine worthtinſ. Talentum vero antedictum in quatuor terminiſ anni dandum eſt hoc modo: jn die beati Johannis baptiſte V ſolidi, jn die beati michaeliſ V ſolidi, jn natiuitate domini V ſolidi et in paſcha V ſolidi. Cenſum iam dictum Johannes wopac in hereditate ſua prenotata Johanni et Johanni ſuperiuſ nominatiſ ad manuſ fraternitatiſ prehabite coram iudicio et in noſtra preſencia rationabiliter ſecundum ciuitatis iuſticiam reſignauit. Vt igitur premiſſa in frequenti memoria teneantur, litteram hanc deſuper ſcriptam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Conſulum autem nomina, qui prenotatiſ interfuerunt, ſubſecuntur, vt Thilmarus de vlſen, henricus de mechow, criſtianus milef, conradus inſtitor, Thidemannuſ de ſnege, Johannes georgii, Johannes benkendorp, hermannuſ gruſ, Nicolauſ plume, Johannes de luchow, hoieruſ de vlſen, wolterus ſartor, henricus de thuriz et henneke de mechow. Datum anno domini M°. CC°. LXXXV°. feria ſexta ante Rogationeſ.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XIV, 8.

XXXII. Die Markgrafen Otto und Otto vereignen verſchiedene Grundbeſitzungen zu einem Altare, welchen Mag. Chriſtian und Thidemann von Snegen in Salzwedel gegründet haben, am 1. November 1285.

Nos Otto et Otto, dei gratia fratres Brandenburgenſes Marchiones, iſtius tenore pagine notum fieri cupimus univerſis ipſius continentiam percepturis, quod dilecti dapiferi noſtri uidelicet henningi de campo piis inclinati precaminibus proprietatem quatuor manſorum ſoluentium tres choros ſiliginis in villa rybouu ſitorum, et unius manſi ſiti in villa rademin ſoluentisque annuo unum chorum ſiliginis, nec non et unius manſi locati in villa koningeſtede, etiam reddentis annuatim unum chorum ſiliginis, quos manſos et quorum prouentus Johannes et Gerardus, fratres de Viſne, a nobis hactenus tenuerunt in feodo, ad altare quoddam, quod magiſter criſtianus, qui infra pectoris ſui recondit archana quicquid Grammatice Synthaſeos continet regula, et thidemannus de Snegen ritu nictitantium perſonarum ad omnipotentis excultum Dei et beate Marie genitricis ſue, cujus ope ſeſſcenninis tenellis uagiens et puerilibus reptans cunis adoleuit infantia creatoris, nec non ad honorem beate Marie Magdalene, que peccatorum ſuorum rubigine per ſaluatoris donaria omniſariam depolita domos tranſiliit aſtrigeras, ſub ſimultatis edificauerunt connubio, pro animarum noſtrarum remedio, et progenitorum noſtrorum, cum omni jure contulimus propter Deum, transferentes noſtra voluntate ſpontanea jus patronatus ejusdem altaris in thidemannum de Snegen tanquam in poſſeſſorem legitimum et patronum, ita ut omnino eidem competat conditio poſſidentis, poſt mortem uero ſuam jus patronatus in illum tranſeat et ad illum ſpectet, qui eidem ſucceſſerit liberali propagine legitimus et ſenior in etate hujusmodi diriuacione jugitate temporis obſeruata. Rurſum cui clerico premiſſum altare conceſſum fuerit, ipſe unam miſſam per ſe vel per alium mediocri tonorum ſonoritate quouis die celebret et decantet, ſi tamen ad negligentiam hujusmodi ipſum clericum neceſſitatis ingruentia non impellat. In cujus rei autoritatem et teſtimonium luminoſum preſens ſcriptum fieri et ſigillorum noſtrorum preſencia juſſimus

communiri. Datum Meyenborch, anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, in die feſtiua omnium Sanctorum.

Nach dem Orig. im Salzw. Archiv XXV, 1. — Mit der falſchen Jahreszahl 1281 in Lenz Br. Urk. S. 93.

XXXIII. Der Rath zu Salzwedel bekundet eine Schenkung an das Barfüßer-Kloſter daſelbſt, am 14. März 1287.

Vniverſis hanc litteram inſpecturis univerſitas Conſulum Ciuitatis Saltwedelenſis, ſalutem in omnium redemptore. Omnia, que geruntur in tempore, cum temporis varietate tranſeunt et mutantur. Hinc eſt, quod ea, que aguntur in tempore, ne in oblivionem veniant, ſolent litteris autenticis et ydoneorum teſtium ſubſcriptionibus roborari. Notum ergo facimus tam preſentibus quam futuris, Henricum parceval vendidiſſe unum chorum ſiliginis, pro XI. Marcis Argenti, Domine Margarete, relicte Henrici de Rorberch, quondam civis Saltwedelenſis, libere cum omni proprietate, ſub hac forma, videlicet, ut dicta domina Margareta temporibus vite ſue de Molendino ante caſtrum Saltwedel conſtituto, ipſum a molendinario ſingulis annis tollat, poſt vite vero ſue deceſſum, ad Dei laudem et ad anime ſue maritique ſue defuncti ſalutem, procurator fratrum Minorum in Saltwedel, eundem chorum prefatum recipiat annis ſingulis in perpetuum pro lumine lampadis apud predictos fratres jugiter inſtaurando. In hujus facti firmitatem preſenti pagine ſigillum noſtre civitatis duximus apponendum. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXXXVII. II. Idus Martii, exiſtentibus Conſulibus Heinrico de Gorceke, Johanne Bormeſter, Alberto de Diſtorp, Johanne de Wittinge, Thidemanno de Kercowe, Waltero de Sartore, Nicholao Plume, Johanne de Thuritz, Johanne de Mechowe, Criſtiano penes puteum, Johanne filio Odberti, Bertoldo de Ulſen, quibus eſt hic contractus publicatus, ut ejus jugis memoria habeatur.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XXXV, 13.

XXXIV. Markgraf Otto befreiet eine der Gewandſchneider-Gilde in Salzwedel gehörige Mühle zu Böddenſtedt von der Bede und bekennt ſich ſelbſt als Mitglied dieſer Gilde, am 10. November 1287.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, Recognoſcimus et iſtius ſcripture teſtimonio publice proteſtamur, quod nos molendinum apud Bodenſtede, quod in Saltwedele ad eam fraternitatem, que Teutonice Gilde dicitur et precipue ad honorem dei inſtituta eſt, pertinet, ab omni petitione ſeu precaria exactione, que vulgariter Bede vocatur, ſimpliciter liberum donavimuſ et ſolutum. Et quia nos perſonaliter in eandem fraternitatem recepti ſumus et ſperamus, omnium bonorum, que in ipſa ſunt, participes fieri: Volumuſ, quod illud molendinum ea libertate perpetuo perfruatur: et ideo, ne eadem libertas inpoſterum a nobis vel noſtris ſucceſſoribus poſſit aliquatenuſ infirmari, preſentes literas de certa noſtra ſcientia ſcriptas iuſſimuſ in euidens teſtimonium

tam teſtium ſubſcriptione quam etiam ſigilli noſtri appenſione roborari. Sunt autem teſtes hujuſ rei vir religioſus frater Mauritius, Commendator curie fratrum in Werbene, vir Laudabilif Dominus Bertholduſ, Prepoſitus in Saltwedele, Sifridus de Walſtoue, qui etiam in predicta fraternitate ad voluntatem noſtram favorabiliter eſt receptus. Datum in Werbene, Anno Domini M°. CC°. LXXXVII°., Quarto Idus Novembris.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XIV, 5, 6.

XXXV. Markgraf Otto verkauft der Mechtild von Molne zur Ausſtattung eines Altares in der Marienkirche zu Salzwedel Hebungen aus Riebow und der Bockhornſchen Mühle, am 9. März 1289.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, iſtius tenore pagine notum facimus vniuerſis, ipſius continenciam percepturis, quod cum quedam matrona mechteldis, de molne cognomine, altare vnum in eccleſia ſante marie virginis in ſaltuuedel conſtruere et edificando comparare volebat, ipſa a nobis tres choros ſiliginis, in uilla Rybow ſitos in duabus curijs, uel quos due aree premiſſe uille fructificant annuatim, et eciam duos choros ſiliginis, de molendino Bokhorninge prouenientes ſingulis annis aut ſitos in eodem molendino, emit pro quinquaginta marcis argenti ad premiſſum altare proprietatis titulo et proprie perpetuis temporibus pertinentes et quinquaginta marcas argenti, quas pro prefatis quinque choris nobis dedit et proprietate ipſorum ſimiliter per honeſtos viros conſules in Saltuuedel fecit nobis ipſa domina preſentari. Manifeſte igitur profitemur, antedictos quinque choros nos ad officium altaris eiuſdem iugibus temporibus et proprietatis condicionibus uendidiſſe, transferentes omne ius ac omnem poteſtatem in omnes illos clericos, qui altare premiſſum officiauerint temporibus ſucceſſiuis. In cuius rei lucens teſtimonium preſens ſcriptum fieri iuſſimus et ſigilli noſtri efficia communiri, teſtibus ſubnotatis: domino henningo, dapifero, domino Syfrido et domino B. de walſtove, domino B. de kneſebec, domino h. de dannenberch, domino h. de Bodenſtede et alijs quam pluribus fide dignis. Datum in Saltuuedel, anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono, Septimo Idus Marcij.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 15, No. 3.

XXXVI. Marggraf Otto überweiſet ſeine Hebungen und Lehnrechte über einen Hof in Butterhorſt dem Kloſter zum heiligen Geiſt in Salzwedel, am 21. Juni 1289.

In nomine Domini Amen. Caduce vite fluxibilitas, cuius exitum incertus deſcribit orizon, memorative virtutis adeo ſolet nexus diſſolvere, ut que certis ſenſuum deprehenduntur indiciis, momentanea temporum ſucceſſione ac in eisdem intercedente oblivione prorſus excidentia deleantur, ſed huic periculoſo defectui promptius ſubvenitur, ſi, que aguntur, ſcriptis ſingula commendantur.

Hinc eſt, quod nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, preſentis ſcripti continentia ad publicam omnium notitiam cupimus pervenire, quod ad honorem Dei omnipotentis ſancteque Dei genitricis Marie et omnium ſanctorum, ob ſalutem nichilominus ac remedium animarum noſtrorum progenitorum et heredum noſtrorum, eccleſie et conventui ſeu capitulo ſancti ſpiritus in Saltwedele, ſite extra muros, villam noſtram in Horſt, ſitam prope Altmersleve, damus et conferimus cum omni proprietate et feudo atque jure, que in ipſa nobis hactenus competebant. Cujus etiam ville feudum Henninghus et ejus fratres dicti de Viſne coram nobis reliquerunt. Dictam itaque villam prefate eccleſie ac capitulo libere et cum omni jure donamus poſſidendam perpetuo, adjectis conditionibus infra ſcriptis, videlicet, quod eadem villa ad prefatam pertineat eccleſiam cum uſu ac uſufructu, cum agris et paſcuis, viis et compitis, aquis et piſcinis, et generaliter cum omnibus proventibus, qui nobis aut noſtris vaſallis inde hactenus provenerunt etc. De lignorum vero uſibus ville vicinorum Talem ipſius incolis concedimus libertatem, quod de hiis ſufficienter utantur ſine precio et abſque qualibet conuencione ad propria edificia et ad proprium ignis uſum. De lignis tamen ſectis nichil vendant ſed et ſi carbones conficiunt precio comparabunt, quemadmodum in conuicinis ſibi villis eſt conſuetum. Ut autem dicte donationis noſtre libertas a nobis et a noſtris heredibus inviolabilis perſeveret, in certum ac evidens teſtimonium dicte eccleſie et capitulo preſens ſcriptum conferimus noſtri ſigilli appenſione communitum. Teſtes vero ſunt Dominus Henricus de Alvensleve, dominus Boldewinus de Kneſebeke, dominus Bodo et Sifridus de Walſtave et Lindekinus, aduocatus in Soltwedel et alii quam plures fide digni. Datum Soltwedel, anno incarnationis Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono, undecimo Kalendas Julii.

Aus Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 4. und Lenz Br. Urk. 879.

XXXVII. Der Propſt des h. Geiſt-Kloſters vor Salzwedel verkauft einen Hof in Kriecheldorf dem Knappen Philipp zum dienſtfreien Beſitz, am 23. Juni 1290.

In nomine domini Amen. Ne temporales actus cum tempore per lapſum temporis euaneſcant, utile eſt ut aliquantum literarum teſtimoniis roborentur. Hinc eſt quod nos Albertus, prouidentia divina prepoſitus eccleſie ſancti ſpiritus extra muros in Saltwedele, totusque ejusdem eccleſie conuentus univerſis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod communi voluntate Philippo, famulo, curiam unam in villa Krycheledorpe cum omnibus ſuis attinenciis et unum Cotzatum in eadem villa vendidimus, quem ab omni ſeruitute liberamus et ſub nullius niſi ſub predicte eccleſie perpetuo dominio jure hereditatis perenniter poſſidebit, tali tamen condicione interpoſita, quod antedictus Philippus vel ſui heredes ſuorumque heredum ſucceſſores eccleſie ſupradicte duos choros ſiliginis in perpetuum conferat annuatim. Teſtes hujus facti ſunt Dominus Boldewinus de Kneſebeke, Dominus Bodo de Walſtoue, milites, Henricus Perſeual, Johannes Burmeſter, Petrus de Holdenſtede, burgenſes in Saltwedele, et alii fide digni. Ne hujus rei oriatur obliuio, hanc literam noſtri ſigilli munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M°. CC°. LXXXX°., in vigilia beati Johannis Baptiſte.

Aus Gercken's Fragm. I, 29, 30., Lenz Br. Urk. 144.

XXXVIII. Graf Bernhard von Dannenberg überläßt 2 Hufen in Garz an Heinrich von Dannenberg, am 22. Mai 1290.

Nos Bernardus, Dei gracia Comes de Dannenberge, presentis pagine continencia ad publicam peruenire cupimus noticiam, Quod dilecto nostro Hinrico, dicto de Dannenberge, proprietatem duorum mansorum sitorum in Gardis contulimus racionabiliter possidendos. Ne autem etc. Datum Domeliz, Anno Dni. M. C. C. nonagesimo, In festo penthecostes feria secunda.

Danneil's Kirchengesch. d. St. Salzwedel, S. 5.

XXXIX. Ritter Heinrich von Dannenberg verkauft 2 Hufen aus Garz an das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel, am 4. Juni 1291.

In nomine Domini Amen. Ego Hinricus, miles, dictus de Dannenberghe, recognosco — Quod vendidi Ecclesie sancti Spiritus extra ciuitatem Soltwedele in villa perwere proprietatem duorum mansorum, in villa Gardiz sitorum, cum omni iure, quam ego a domino meo Comite Bernardo de Dannenberghe mea pro pecunia comparaui, perpetuo libere possidendam. Vt autem etc. Datum et actum Anno Incarnacionis Dni. M°. CC°. LXXXXI°. pridie Nonas Iunii.

Danneil's Kirchengesch. d. St. Salzwedel, S. 5.

XL. Markgraf Otto vereignet dem heil. Geist-Kloster in Salzwedel einen von Heinrich von Jetze erkauften Hof in Perwer, am 25. März 1292.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, istius scripture estimonio recognoscimus et publice protestamur, quod nos religiosis viris fratribus ecclesie sancti spiritus apud Soltwedel unam curiam in villa Perwere cum duobus mansis et omni jure et omnibus attinentiis, ita sicud iidem fratres a Henrico de Jedicz eam emerunt et sicut idem Henricus eam ante possederat, donavimus justo titulo proprietatis possidendam. Vt igitur huius proprietatis donatio nostra non solum a nobis sed etiam ab heredibus nostris inviolabiliter observetur, in testimonium euidens presentes literas sigilli nostri appensione et testium subscriptione fecimus roborari. Sunt autem testes huius rei Dominus Johannes de uelde, dapifer noster, Dominus Boldewinus de knesebeke, Dominus Johannes de Gartow, Dominus Albertus de Bardeleue, Dominus Bodo, Syfridus et Conradus de Walsthove et quam plures alii nostri milites et vasalli. Datum Soltwedel, Anno Domini M°. CC°. LXXXXII°., In die annunciationis Marie virginis.

Nach einem Transsumpt v. J. 1448.

XLI. Conrad, Biſchof zu Verden, weihet einen Altar zu Ehren des Apoſtel Matthias in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 22. November 1292.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Amen. Conradus, diuina miſeracione Verdenſis Eccleſie Epiſcopus, vniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſiue audituris ſalutem in domino ſempiternam. — — Igitur karitati omnium fidelium tam preſencium quam futurorum volumus eſſe notum, quod cum Johannes, ſacerdos, dictus de Domnitz, diuina inſpirante clemencia vnum altare in eccleſia Katherine in Soltwedele de quinque choris ſiliginis, in molendino ante caſtrum Soltwedele ſito ſingulis annis exſoluendis a Henrico dicto Perſeual, burgenſi ſoltwedelenſi, propria pecunia emtis cum proprietatibus eorundem, facta libera reſignatione omnium quorum intererat, ab Illuſtri principe kariſſimo auunculo noſtro Otthone longo, Marchione de Brandeborch, comparatis, dotauiſſet; Brüninchus, molendinarius noue Ciuitatis, et Hencekinus, pellifex, habens domicilium extra muros Soltwedel iuxta hoſpitale ſcti. Spiritus, feruore deuocionis accenſi duos choros ſiliginis de dicto molendino annuatim recipiendos poſt mortem ſuam ita quod quilibet vnum chorum ad emendandam prefati altaris dotem perpetuo poſſidendos cum omnibus iuribus et proprietatibus donauerunt, vnanimiter arbitrantes et decernentes, quod poſt obitum dicti ſacerdotis Johannis, qui eiusdem altaris poſſeſſione tanquam perpetuus vicarius pro beneficio quoad uixerit libere perfruetur, memoratus Henricus Perſeual, a quo ſimiliter preſcripte doti annua penſio vnius chori ſiliginis in ſepe fato molendino cum plenitudine cuiuslibet Juris fuit adiectus, et ſui heredes ius preſentandi vicarium in ſacerdotio conſtitutum et non alium inferiorum ordinum Clericum ad dictum altare perpetuo poſſidebunt, qui ſacerdos ſiue vicarius perpetuus inveſtitura et collacione ipſius altaris a prepoſito de Soltwedele receptis ante dictum altare officiare tenebitur, quemadmodum alia altaria Ciuitatis Soltwedele officiari hactenus conſueuerunt. Nos igitur huiusmodi dotis Collacione et iuris patronatus aſſignacione coram nobis racionabiliter factis ipſum altare in die beate Cecilie in honorem beati Mathie apoſtoli conſecramus ſub anathematis interminatione, ne quis prelibatam ordinacionem infringere, mutare uel quolibet violare preſumat diſtrictius inhibentes. In quorum omnium teſtimonium preſentem paginam noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum Soltwedel, Anno Dni. M°. CC°. Nonageſimo ſecundo, in die beate Cecilie virginis et martiris.

Danneils Kirchengeſch. d. St. Salzwedel, S. 5.

XLII. Biſchof Conrad von Verden beſtätigt die von dem Markgrafen Otto dem Langen ſich, ſeinem Vater, ſeiner Gattin und ſeinen Nachkommen gegründete Gedächtnißfeier, durch alle Geiſtlichen der Propſtei Salzwedel, denen dafür freie Dispoſition über ihren Nachlaß mit Aufhebung des Spolienrechtes eingeräumt iſt, am 1. Auguſt 1293.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatiſ amen. Conradus, diuina fauente clementia Verdenſiſ Eccleſie Epiſcopuſ, vniuerſiſ Criſti fidelibuſ preſentiſ pagine ſeriem uiſuriſ ſiue auduturiſ ſalutem in Domino ſempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul cum tempore de-

labantur, neceſſarium eſt, ut ea, que perpetuam debent habere memoriam, in ſcriptiſ autenticiſ poſita ydoneorum uoce teſtium robur accipiant perpetue firmitatiſ. Eapropter ſcire cupimuſ preſenteſ, nec latere uolumuſ poſteroſ, quod magnificus Princepſ auunculuſ noſter predilectus Otto, dictuſ Longus, Brandeburgenſiſ Marchio, ex interna uirtutum ſui cordiſ gratia, honorabilem Virum Bertoldum, Prepoſitum in Soltwedele, fidelem et familiarem ſuum, et Clericoſ, Eccleſiaſ ſiue beneficia in ſuo dominio infra Prepoſituram Soltwedele poſſidentes, benigne dignatuſ eſt reſpicere, ut incertitudinem, quam de rebuſ eccleſiarum ſuarum ſeu beneficiorum habuerunt uſque modo, in ſecuritatem ſua clementia dignatuſ eſt conuertere, et Seruile, ut ita dicamuſ, quo uſque nunc fuerunt aggrauati, in eo uidelicet, quod reſ eorundem Clericorum poſt mortem ipſorum tanquam ſeruorum propriorum rapiebantur de dotibuſ ſeu de locif alijs, in quibuſ poterant reperiri, in talem conuertere decreuit libertatem, quod nemo aduocatorum ſuorum, nemo ex parte ſui uel ipſorum Aduocatorum, uel aliquiſ ſuorum ſubditorum, de rebuſ Prepoſiti ſupradicti et Succeſſorum ſuorum et clericorum, qui in Prepoſitura Soltwedele nunc ſunt, et eorum Succeſſorum omnium mobilibuſ et immobilibuſ ante mortem, in morte et poſt mortem ipſiuſ Prepoſiti et alicuiuſ Clericorum predictorum et ſucceſſorum eorundem ſe intromittat, neque eaſ auferenſ alienet, ſiue in dote, ſiue extra dotem, ſiue aliaſ conſtitutas, ſed ſuccedenſ in beneficio, ſuccedat etiam in rebuſ, memoriam quoque ſui anteceſſoriſ agat fideliter et perſoluat ſua debita, ſi forte aliqua iuſte ſint ſoluenda, quantum reſ inuente ſuppetant et facultateſ. Similiter ad ſolutionem debitorum accipiat de bonif Eccleſie quicquid ſuper erogare poterit illo anno ultra precium officiantiſ beneficium ſacerdotiſ. Idem autem ſucceſſor poſtquam intrauerit beneficium, antequam ſe de rebuſ aliqualiter intromittat, coaſſumat ſibi duoſ ſacerdoteſ ſibi proximoſ et duoſ uel treſ de ſua parrochia pocioreſ, et ipſorum conſcientia reſ ſuſcipiat et faciat omnia facienda. Si tamen Prepoſituſ vel aliquiſ Clericorum ſuum decreuerit condere teſtamentum, hoc faciat ſcientibuſ duobuſ ſacerdotibuſ uiriſ probiſ et ſuiſ amiciſ ſpecialibuſ aliquibuſ, et ſcribatur ordinatio teſtamenti, et ſigillo Prepoſiti de Soltwedele ſigilletur: et quicquid in tabuliſ ſcriptiſ inuentum fuerit poſt mortem Prepoſiti vel alicuiuſ ſacerdotis ſiue Clerici, hoc ſucceſſor tenebitur adimplere. Prepoſituſ uero predictuſ, et omneſ Clerici ſibi ſubditi, affectui memorati Principiſ aliqualiter reſpondere cupienteſ, cum bona uoluntate concorditer noſtro accedente conſenſu ſe firmiter obligarunt, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribuſ vniuerſiſ, ad omnia infraſcripta fideliter obſeruanda, uidelicet quod omneſ conuenient in Soltwedele in ſecunda feria Ebdomade Trinitatiſ ſinguliſ anniſ, et ibidem in Eccleſia beate Marie Virginiſ, memoriam preſcripti Principiſ, uxoriſ ſue et heredum ſuorum ac noſtram, necnon omnium criſti fidelium memoriam agenteſ, cum ſolennitate Veſperaſ decantabunt de ſancta Trinitate ſupelliciiſ induti, in mane uero matutinaſ ſolemniter decantabunt, poſt matutinaſ uero quilibet ipſorum miſſam de ſancta Trinitate ſuperadditiſ hijs collectiſ pro ſalute Principum, pro antiſtite, pro peccatiſ et pro uiuiſ et defunctiſ addatur oratio generalis: deincepſ omneſ erunt in ſumma Miſſa in choro, quam ſimiliter ſolemniter decantabunt, et offerent in deuotione, unuſquiſque etiam ipſorum ad minuſ duoſ denariof dabit ad clemoſinaſ pro ſalute prelibati auunculi noſtri tunc ad noſtram et omnium Criſti fidelium erogandaſ; qui autem eccleſiaſticum habet beneficium et Sacerdoſ non eſt, ille tenebitur eodem tempore in memoriam antedictam perlegere unum pſalterium, in Eccleſia beate Marie Virginiſ antedicta diuiniſ intereſſe, offerre et dare ad elemoſinaſ ut ſacerdoſ. Item in anniuerſario clare memorie Patriſ prelibati Principiſ, avunculi noſtri, conuenient omneſ Soltwedele anniſ ſinguliſ et in Veſpere uigiliaſ ſolemniter decantabunt, mane autem unuſquiſque ipſorum miſſam pro defunctiſ celebrabit omneſque ſimul erunt in ſumma Miſſa in choro beate Marie Virginiſ, quam ſolemniter decantabunt et faciant offerendo

et elemoſinaſ largiendo, ſicut pro uiuiſ ſuperiuſ eſt deſcriptum. Collectaſ autem ad Miſſam de anniuerſario pro parentibuſ Deuſ, cuiuſ miſericordie non eſt numeruſ, cum collecta fidelium Deuſ omnium conditor tenebuntur fideliter obſeruare, et qui ſacerdoſ non eſt in memoria defunctorum, unum perlegat pſalterium, diuiniſ interſit officijs, offerat et elemoſinaſ tribuat, quemadmodum in memoria uiuorum eſt expreſſum. Unuſquiſque preterea ſepiuſ dictorum Clericorum in eccleſia ſua prefati Auunculi noſtri, noſtrorum, Uxoris ſue et heredum ſuorum ac omnium eiſdem famulantium, Patriſ ſui et matriſ ſue ac omnium progenitorum ſuorum uigere debet memoriam, publice ſinguliſ diebuſ dominiciſ et feſtiuiſ. Inſuper a quouiſ Clericorum, ab aliquo ſubditorum ſepefati auunculi noſtri beneficiato, memoria ſui patroni ſiue uiui, ſiue defuncti, ſimiliter in ſua Eccleſia eſt peragenda; ad laudem autem et gloriam beate Marie Virginiſ, unuſquiſque Clericorum finito completorio diei cuiuſlibet dicet canticum Salue Regina miſericordie cum uerſu ora pro nobiſ beata Virgo Maria et Collecta omnipotenſ ſempiterne Deuſ, qui glorioſe Virginiſ Marie corpuſ et animam. Porro poſt obitum auunculi noſtri ſepiſſime recitati ſolemnitaſ anniuerſarij Patriſ ſui et progenitorum ſuorum in die ſui anniuerſarii in eccleſia beate Marie Virginiſ in Soltwedele ab omnibus Clericiſ et ſucceſſoribuſ eorumdem in perpetuum peragetur in omni modo, prout ſuperiuſ eſt deſcriptum, ſimiliter et heredum ſuorum, poſtquam deceſſerint, et noſtra poſt obitum noſtrum cum addicione Collecte pro anniuerſario Epiſcopi in die ſui anniuerſarii, qui ſolemniter perpetuo debet obſeruari, cum progenitorum ſuorum et ſua per clericoſ uniuerſoſ et ſucceſſoreſ ipſorum memoria peragetur. Ut igitur omnia predicta per clericoſ memoratoſ et ſucceſſoreſ ipſorum in perpetuum fideliter atque infallibiliter obſeruentur, ad penam omnibuſ ſuperiuſ memorata non ſeruantibuſ infligendam, idem clerici ſe et ſuoſ ſucceſſoreſ uniuerſoſ in perpetuum ſub anathematiſ uinculo obligarunt, uidelicet ut quicunque ex clericiſ moderniſ et pro tempore ſucceſſoribuſ ipſorum aliquam de ſolemnibuſ memoriis agendiſ Soltwedele negligeret, ſi legitimam habuerit excuſationem, poſtquam a Prepoſito de Soltwedele fuerit requiſituſ, infra dieſ quatuordecim proximoſ Soltwedele, legitimo ceſſante impedimento, in Eccleſia beate Marie Virginiſ memoriam, quam neglexit, peragere teneatur notorie clericiſ atque plebi, et quicquid ad memoriaſ faciendaſ ſuperiuſ eſt deſcriptum, tenebitur adimplere; ſi uero legitimam excuſationem non habuerit, tunc demum poſtquam a Prepoſito de Soltwedele fuerit requiſituſ, infra quindenam proximam Soltwedele ueniet, inde non receſſuruſ, donec in Choro beate Marie Virginiſ Decies decantet magnaſ uigiliaſ et tocienſ miſſam celebret in Eccleſia memorata, Ter quoque pſalterium perlegat totum omniaque perficiat, que pertinent ad memoriam, quam neglexit, et hoc notorie clericiſ atque plebi. Qui auctoritati Prepoſiti ſui mandatiſ in predictiſ non obtemperauerit, ipſo facto ab officio ſuo et beneficio ſit ſuſpenſus et prohibite ſint ei omneſ reſ ſue Eccleſie, donec iſta perficiat uniuerſa. Ad ea quidem, que unuſquiſque Clericorum in ſua tenetur facere Eccleſia, ut dictum eſt tam preſenteſ quam futuri per excommunicationiſ uinculum ſint aſtricti. Omnia uero ſupradicta quilibet Clericuſ per ſe facere teneatur, aut per illum, cui uiceſ ſuaſ licite duxerit committendaſ. Noſ uero Conraduſ, Dei gratia Verdenſiſ eccleſie Epiſcopuſ ſupradictuſ, hanc ordinacionem, ab honorabili Viro Bertoldo, Prepoſito de Soltwedele, omnibuſque ſuis ſubditis pluriеſ repetitiſ, uoluntate atque conſenſu illuſtriſ Principiſ Cariſſimi auunculi noſtri Ottonis Longi, Marchioniſ Brandeburgenſiſ, mediantibuſ, prout in ſuiſ litteriſ exinde confectiſ euidenciuſ declaratur, uoluntario atque unanimiter conſtitutam et approbatam ratificamuſ, ratam habemuſ et rogati ab ipſiſ, noſtre confirmationiſ munere auctoritate, qua fungimur, roboramuſ, decernenteſ, ut quicumque ipſa niſi ex racionabili et legitima cauſa obſeruare pertinaciter neglexerit, ipſo facto excommunicationiſ ſententia ſit irretituſ, quam ſententiam precipimuſ per totam

Prepoſituram Soltwedele ſingulis diebus dominicis et feſtivis, uſque ad ſatiſfactionem congruam publicari. In omnium igitur premiſſorum teſtimonium preſens ſcriptum noſtro ſigillo mandavimus communiri. Datum Verde, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, Kalendis auguſti.

Aus den Vaticaniſchen Regeſten P. Nicolaus V. Vgl. deſſen Beſtätigung vom 15. März 1453.

XLIII. Werner von der Schulenburg und Heinrich von Bodenſtede bekunden, daß Arnold von Bodenſtede einen Hof zu Viſſum verkauft habe, am 1. April 1295.

Nos Wernerus de Schulenborch, Hinricus de Bodenſtede, milites, omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum lapſu temporis, ſolent ſcripti teſtimonio perhennari. Nos itaque recognoſcimus et publice proteſtamur, quod Arnoldus, filius Arnoldi militis bone memorie, dicti de Bodenſtede, vendidit Iohanni dicto Homan, nec non Bernardo dicto de Blekede curiam ſitam in villa Viſczem pro IX marcis Stendal. ſoluentem annuatim in redditibus II choros ſiliginis minus modio et XXVII denarios ac pullum cum decima, quam dictus Arnoldus contulit pretactis duabus perſonis una manu jure pheodali, tali tamen conditione adjecta, quod ſi prefatus Arnoldus infra hinc et proximo die B. Martini Epiſcopi nunc venturo prelibato Iohanni et Bernardo prenominatam pecuniam vel aliquis ſuorum fratrum medio tempore non reſtituerunt pro eo, tunc ſepedicti prefatam curiam jure pheodali poſſidebunt ſine ſeruitio et cum omni jure. In hujus rei teſtimonium euidens (preſens) ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſione duximus firmiter roborandum. Datum anno domini M°. CC°. XCV°., in bona ſexta feria.

Gercken's Diplom. I, 281. — Extr. hier B. V, S. 306.

XLIV. Markgraf Otto ſchenkt dem heil. Geiſt-Kloſter in Salzwedel das Patronat der Kirche zu Altmersleben, am 14. Auguſt 1295.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus et iſtius ſcripture teſtimonio proteſtamur, quod nos Jus patronatus eccleſie in Altmersleben cum omnibus attinentibus et ſicut vir probatus Dominus Henricus, nunc ejusdem eccleſie plebanus, eam poſſidet, ſacro collegio fratrum in eccleſia ſancti ſpiritus apud Soltwedele pure et ſimpliciter propter Deum donavimus eo modo, ut cum primum eam quocunque modo vacare contigerit, predicti fratres eam per aliquem de confratribus ſuis officiandi et utilitates ſuas de ea qualitercunque faciendi liberam habeant facultatem. Supra dictum igitur ſacrum collegium procurabit, quod in predicta eccleſia ſancti ſpiritus ad determinatum altare in memoriam et piam recordationem omnium predeceſſorum noſtrorum ſingulis diebus ferialibus fiat una miſſa pro defunctis. Ut autem hec noſtra donatio perpetua permaneat et a poſteris noſtris inviolabilis perſeveret, in teſtimonium evidens preſentes literas juſſimus ſcribi et tam teſtium ſubſcriptione quam etiam ſigilli

noſtri appenſione roborari. Sunt igitur hujus rei teſtes Dominus Boldewinus de Kneſebeke, Dominus Johannes de Chartowe, Bodo, Sifridus et Conradus de Walſtove, Ericus et Johannes de Crucemann et plures alii fide digni. Datum Soltwedele, Anno Domini MCCLXXXXV., in vigilia aſſumptionis Marie.

Nach Lenz Br. Urk. 908, 909.

XLV. Der Rath der Altſtadt Salzwedel bekundet eine Stiftung des Prieſters Bernhard, am 18. Oktober 1296.

Nos Johannes georgij, Criſtianus apud fontem, Johannes de Thuriz, Thidemannuſ de kercowe, wolterus ſartor, Johannes de Luchowe, Albertuſ de Brewitz, Johannes hartwici, Thidekinuſ godescalci, Hermannuſ bormeſter, Johannes de mechowe, Thetharduſ ſelige, Conſules Veteris Civitatis Saltwedele, recognoſcimus et publice proteſtamur, quod dominus Bernardus, ſacerdos, dedit et reſignavit ſecundum Jus et ritum Civitatis Duas marcas denariorum, quas habet in annuo cenſu, dicto wordtins, in Bochorninge, vnam marcam prouiſoribus eccleſie ſancte Marie, ſcilicet Johanni, filio domini georgii, et Johanni, filio domine Hel. apud fontem, ad uſus dicte eccleſie ſancte Marie, alteram marcam Elyzabeth, ancille ſue, ad tempora uite ejus et in agris fraternitatis, videlicet Henrico de thuriz et Johanni ſtoſekino, que dicta ſecunda marca poſt obitum dicte Elizabeth convertenda eſt ad Elemoſinam, dictam Spende, que danda eſt ſingulis annis de Fraternitate antedicta, vna vero marca convertenda eſt quolibet Anno in Cereum Paſchalem eccleſie memorate. Preſatas autem duas marcas dominus Bernardus uite ſue temporibus poſſidebit, ſed poſt ipſius deceſſum in uſus prehabitos convertentur. Quod preſentibus ſigillo noſtre civitatis inſignitis evidenter duximus proteſtandum, Datum anno domini M°. CC°. XCVI°., In die Luce ewangeliſte.

Nach dem Originale im Salzwed. Archive XXV, 5.

XLVI. Biſchof Conrad von Verden fügt eine von Peter von Holdenſtedt der Hoſpitalkirche zu Perwer bei Salzwedel geſchenkte Hausſtelle der Ausſtattung dieſer Kirche hinzu, am 3. Januar 1297.

Nos Conradus, dei gratia Verdenſis eccleſie Epiſcopus, in notitiam uniuerſorum, ad quos preſens pagina peruenerit, volumus deuenire, quod eccleſiam majorem infirmorum, ſcilicet leproſorum, in Perwer, juxta Saltwedele, area ſoluente annuatim talentum denariorum, apud cimiterium dicte eccleſie ſita, quam petrus de holdenſtede eidem eccleſie amore dominico erogauit, ad piam inſtantiam domini lamberti, ſacerdotis, cui dicta eccleſia collata eſt officianda, dotaliter inueſtimus, pro qua area idem dominus lambertus et ſui ſucceſſores poſt ipſum in preſata eccleſia qualibet in ſeptimana vnam miſſam de domina noſtra et vnam miſſam cantabunt fidelibus pro defunctis, ad quos eosdem ſacerdoteſ, ſi negligentes in hoc fuerint, quod abſit, Conſules

veteris ciuitatis Saltwedel debent fideliter exhortari. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum noſtro ſigillo vna cum ſigillo preſate ciuitatis fecimus roborari. Datum Saltwedele, anno domini M°. CC°. XCVII°., in octaua ſanctorum Innocentum.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XL, 18.

XLVII. Conrad, Biſchof von Verden, beſtätigt dem heil. Geiſt-Hoſpital zu Perwer das ihm von dem Markgrafen Otto überlaſſene Patronat der Kirche zu Altmersleben, am 1. Februar 1297.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Vniverſis Chriſti fidelibus tam ſucceſſiue quam preſentis etatis hominibus Conradus, dei gratia Verdenſis eccleſie Epiſcopus — volumus eſſe notum, quod magnificus princeps, auunculus noſter cariſſimus, Ottho, Marchio Brandenburgenſis, feruore deuotionis, quam ad monaſterium Hoſpitalis S. Spiritus fratrum regularum B. Auguſtini extra muros Soltwedel habere dignoſcitur, ſuccenſus, accedente heredum ſuorum et omnium quorum intererat collaudatione, de noſtro conſenſu et beneplacito, jus patronatus eccleſie Altmersleue ad ſuſtentationem prepoſiti et fratrum inibi Deo ſeruientium pro remedio et memoria anime ſue et progenitorum ſuorum ipſius monaſterii fundatorum donauit manu benefica irreuocabiliter poſſidendum. Cujus donationem — confirmamus — ſaluis juribus prepoſiti de Soltwedele — liceatque ſepedictam eccleſiam officiare, gubernare ſeu regere per ſuum Capellanum vel perſonam de ſuo monaſterio, prout ſibi viſum fuerit expedire — Ad euidentiſſimam itaque omnium prelibatorum certitudinem ſigilli noſtri appenſione preſentem literam mandauimus communiri. Datum Verde, anno domini M°. CC°. XCVII°., Kal. Febr.

Gercken's Dipl. I, 282, 283.

XLVIII. Der Rath der Neuſtadt Salzwedel bekundet eine Schenkung Thidemann's von Snege an den Marien-Magdalenenaltar in der Altſtadt Salzwedel, am 10. Oktober 1297.

In nomine Domini Amen. Nos Thidemannus de Snege, Hermannus de Hyddeſaker, Gerardus de Gravenſtede, Marquardus Sutor, Hermannus Vinkeler, Johannes Dunneber, Thidemannus Piſtor et Meyno de Lubras, Conſules nove civitatis Soltwedel, recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod Thidemannus de Snege, noſter conſocius et burgenſis, ſanam et incolumem ducens vitam, aſſignavit et dedit motu proprio et arbitrio libero horreum ſuum in Perwerio et ortum adjacentem ad altare ſancte Marie Magdalene in eccleſia veteris civitatis Soltwedel perpetuo libere poſſidendo, quibus ſcilicet horreo et orto, Rector prefati altaris ſibi calicem et librum miſſalem, cum voluerit et neceſſe habuerit, comparabit, pecuniam deinde ſuperantem in uſus ejusdem altaris notorie convertendo. Ne igitur alicui ſuper premiſſis dubium aliquod inpoſte-

rum valeat exoriri, presens scriptum in testimonium evidens nostro sigillo duximus roborandum. Datum anno incarnationis Domini MCCXCVII, in crastino sancti Dyonisii martyris et sociorum ejus.

Nach Lenz Br. Urk. 909, 910.

XLIX. Bernard, Priester in Salzwedel, schenkt dem Hause zum heil. Geist daselbst ½ Wispel Salz aus der Saline zu Lüneburg, am 16. Oktober 1298.

In nomine Domini Amen. — — Nos — Iohannes Georgii, Christianus apud fontem, Iohannes de Thuriz, Thidemannus de Kerkowe, Wolterus Sartor, Albertus de Brewitz, Iohannes de Luchowe, Tidekinus Godeschalci, Iohannes Hartwici, Hermannus Bormestere, Iohannes de Mechowe et Thethardus Felix, Consules veteris ciuitatis Soltwedele — uolumus notum esse, Quod dominus Bernardus, sacerdos, diuina motus miseracione, assignauit et dedit — — domui sancti Spiritus, extra muros nostros in Perwere site, dimidium chorum salis — in salina luneborch in domo eddinge de quatuor sartaginibus post obitum suum singulis annis recipiendum et perpetuo possidendum. De quo dimidio choro salis debet infirmis dicte domus — in eorum domo, ubicunque sita fuerit, ad consolacionem spiritualem missa vna diebus singulis decantari; si vero quod absit dicta missa prefatis infirmis ex negligencia prouisoris uel conuentus antedicte domus — subtraheretur, tunc nos Consules eandem missam eisdem infirmis ordinabimus de dimidio choro prehabito decantandam, donec prefate domus prouisor et conuentus ipsam missam decantare fecerit, ut est dictum. Datum et actum Anno Domini M°. C°. C°. XCVIII°., XVII° kal. Nouembris.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 6.

L. Des Verdenschen Bischofs Conrad Indulgenzbrief, geistliche Verrichtungen vornehmen zu können, vom 16. November 1298.

Conradus, Dei gratia Verdensis ecclesie Episcopus, in Christo Ihesu dilecto viro Religioso preposito hospitalis sancti Spiritus extra muros soltwedelienses salutem in omnium salvatore. Vt predicationis officium verbi diuini pabulo Christi fideles pascendo apud vestrum monasterium exercere indulgencias vestri monasterii proponere et Confessiones fidelium, qui vobis de licencia suorum confiteri voluerint petita et obtenta audire ac penitentias ipsis iniungere nec non personis vestri monasterii discretis hec eadem committere valeatis, uobis auctoritate qua fungimur in hiis scriptis concedimus potestatem, propterea omnibus Christi fidelibus contritis et confessis, qui vestro monasterio manus porrexerint adiutrices auctoritate Dei omnipotentis et nostra confisi quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Verde, Anno Domini M°. CC°. XCVIII°., XVI° Kal. Decembr.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 6.

LI. Markgraf Hermann verbindet die beiden Städte Salzwedel dergestalt, daß sie künftig ein Gericht, einen Markt und einen Rath haben sollen, am 20. April 1299.

Nos Hermannus, dei gratia Brandeburgenſis marchio et Comes de hennenberg, Recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire, quibus hoc preſens ſcriptum fuerit demonſtratum, Quod honorabilium virorum ciuium in Soltwedele ac communem vtilitatem diligentius intuentes et noſtrorum vaſallorum diſcretorum precibus inclinati, ciuitates noſtras, videlicet nouum et antiquum Soltwedele, taliter coniunximus et vniuimus, quod vnum iudicium, vnum forum et conſules vnum eſſe debeant ex vtriusque ciuitatibus nec non in omnibus, que euenire poterunt, in ſuo iure omnimodo vnum eſſe debeant, Dantes plenariam in omnibus libertatem ciuibus noſtris memoratis, vt per ipſos inviolabiliter premiſſa obſeruentur perpetuis temporibus duraturis. Et ne hanc donationem beniuole factam per nos inprobitas alicuius infringere valeat, preſentem literam de noſtra certa donatione confectam iuſſimus communiri. Teſtes huius ſunt Hinricus de Aluenſleue, noſter dapifer, Fredericus, frater ſuus, Geuehardus de Aluenſleue Senior et ſuus filius Geuehardus, Albertus de Wodenswege, Hinricus de Crochere, Bodo de Walſtouen, noſtri milites, dominus Hinricus, Prepoſitus de Arneborg, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Soltwedele, Anno domini M° CC° XCIX°, Secunda feria proxima poſt paſcha.

Nach dem Originale im Salzw. Archive VII, 21.

LII. Bischof Conrad von Lebus ertheilt dem Hospitale des h. Geistes bei Salzwedel einen Ablaßbrief, am 22. Juli 1299.

Conradus, miſeratione diuina Epiſcopus Lubucenſis, uniuerſis Chriſti fidelibus preſentem literam inſpecturis ſalutem — nos de omnipotentis Dei miſericordia confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui pro ſuſtentatione pauperum infirmorum domus S. Spiritus Soltwedel extra muros et pro quibuslibet indigentiis et neceſſitatibus et libris et ornamentis comparandis ad eccleſiam S. Spiritus ibidem manum porrexerint adjutricem — XL dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus — preſentibus quam diu venerabili in Chriſto patri domino noſtro Verdenſi Epiſcopo placuerit valituris, quas ſine ipſius ratihabitione irritas decernimus et inanes, quibus etiam uti ſine ipſius licentia diſtrictius inhibemus. Datum Soltwedele, in die B. Marie Magdalene, anno domini M°. CC°. XCIX°.

Gercken's Dipl. I, 284.

LIII. Erzbiſchof Adenulphus und andere ertheilen dem heil. Geiſt-Hoſpital vor Salzwedel einen Ablaß, am 30. September 1300.

Uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Nos miſeracione diuina Adenulphus, archiepiſcopus Couſanus et Laudo Nolanus, frater Anthonius Chenadienſis, Nicolaus Tridentinus ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius maieſtate ſperantium tunc precipue benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas ſanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur, ut hoſpitale ſancti Spiritus extra muros Soltwedele ordinis ſancti Auguſtini Verdenſis dyoc. congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſum hoſpitale in feſtiuitatibus ipſius ſancti Spiritus nec non Natiuitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis et Pentecoſtes Domini noſtri Jheſu Chriſti ac eciam Natiuitatis, purificacionis, Annunciacionis et aſſumptionis beate virginis ac in dedicacione hoſpitalis eiusdem ſanctorumque Auguſtini, Andree, Iohannis baptiſte et Euangeliſte, beatorum Nicolai, Chriſtofori et Cyriaci et beatarum Katherine, lucie et Marie Magdalene, quorum altaria inibi dedicata exiſtunt, deuocionis et oracionis cauſa acceſſerint annuatim, Aut qui ad fabricam, reparamenta, luminaria et ornamenta ipſius hoſpitalis ac alia caritatis ſubſidia manus porrexerint adiutrices, Et ad eius cimiterium accedentes oracionem dominicam dixerint pro animabus defunctorum ſepultorum ibidem, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius meritis et auctoritate confiſi, ſinguli ſingulas dierum quadragenas de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer in domino relaxamus, dummodo dioceſani voluntas ad id acceſſerit et conſenſus. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione muniri. Datum Anagnie, Anno Domini Milleſimo CCC., Indictione XIII, die XXX Septembris, pontificatus Domini Bonifacii pape octaui Anno ſexto.

Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 7.

LIV. Markgraf Hermann verordnet, daß adliche Einwohner Salzwedels gleich den übrigen die bürgerlichen Laſten zu tragen haben, am 6. Mai 1301.

In nomine Domini Amen. Nos Hermannuſ, dei gratia marchio Brandeburgenſis et Dominus de Hinneberge, Notum facimus univerſis preſens ſcriptum uiſuris et audituris, quod maturo noſtrorum uaſallorum conſilio ſtatuimus firmiter obſeruandum, vt omnis miles ſeu armiger ſiue eciam vidua militaris, qui in civitate noſtra Saltwedele manſionem habere decreverit, vigilias et exactionem, ſchot dictam, faciet et dabit pro hereditate ſua et aliis boniſ, que in civitate habuerit, eque aliis noſtris burgenſibus in civitate habentibus manſionem, excepta tamen curia ante caſtrum, que eſt Bodonis de Knesbeke, Curia apud fratres, que fuerat Domini Werneri retro turrim, Curia, que fuerat Domine Conegundiſ de Knesbeke, Curia Domini Werneri de Sculenborch excepto, quod ademtum eſt, et Curia Domini Sifridi de Walſtave excepto, quod ademtum eſt. Hujus noſtri rationabilis facti teſtes ſunt nobilis Henricus Comeſ de Luchowe,

Droiſeke, Dapifer noſter; Gunteruſ, Marſcalcuſ noſter Gevehарduſ de Alvensleve et Borchardus de Bertensleue, noſter ibidem Advocatuſ. Quod preſentibus noſtro ſigillo inſignitiſ evidenter duximus proteſtandum. Actum et Datum Saltwedele, per manum Rodolfi de Embeke, notarii noſtri, Anno Incarnationis Domini M°. CCC°. I°. in die beati Johannis ante portam latinam.

Nach dem Originale des Salzw. Archives V, 2.

LV. Markgraf Hermann ſchenkt dem heil. Geiſt-Kloſter zu Salzwedel das Eigenthum von 2½ Hufen, welche Werner und Siegfried von der Schulenburg zu Lehn getragen, am 30. Mai 1302.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Hermannus, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum tempore dilabantur, aut ex morte hominum a memoria diuturnitate temporum evaneſcant, expedit ipſa literarum memorie commendari. Inde eſt, quod notum eſſe cupimus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus univerſis, quod nos ob ſpem mercedis eterne eccleſie ſancti ſpiritus extra muros Soltwedel, donavimus proprietatem duorum manſorum et dimidii cum ſuis attinentiis, que bona Wernerus et Sifridus, fratres, dicti de Schulenborch, milites, in pheodo hactenus a nobis tenuerunt, de conſenſu et voluntate dictorum militum heredumque ſuorum juſto proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. Ne igitur ſuper hoc facto noſtro dicte eccleſie in poſterum calumpnia aut impedimenti materia valeat ſuboriri, preſentem paginam cum teſtibus inferius annotatis, et ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtes hujus donationis ſunt Ludovicus de Wantsleve, Borchardus de Bertenſleve, Advocatus in Soltwedel, Hinricus et Fredericus, fratres, dicti de Alvenſleve, Droyſeke, dapifer noſter, et alii quam plures fide digni. Datum Arnborch, Anno Domini M°. CCC°. II°., tertio Kalend. Junii.

Transſumpt v. J. 1448, Churm. Lehnsb. XXI, 167.

LVI. Friedrich, Biſchof von Verden, beſtätigt dem heil. Geiſt-Hoſpital das Kirchenpatronat zu Altmersleben, am 16. September 1303.

In nomine domini Amen. Fredericus, dei gratia Verdenſis eccleſie Epiſcopus, univerſis — Cum quondam dominus Conradus predeceſſor noſter felicis memorie cum conſenſu et ratihabitione venerabilium virorum Decani et Capituli eccleſie noſtre donationem juris patronatus eccleſie Altmersleue, a quondam Otthone, Marchione de Brandeborch longo, principe inclito clare memorie, pro remedio anime ſue — prepoſito et conuentui Hoſpitalis S. Spiritus extra muros Soltwedel ordinis B. Auguſtini factam confirmauerit —; Nos qui ſanctam religionem

plantare et plantatam fouere modis omnibus tenemur tam pias predeceſſoris noſtri et Marchionis ſepedictorum donationes factas approbantes et in nomine domini confirmantes, honorabili viro Wilkino, prepoſito, prelibati monaſterii Hoſpitalis nomine ſuo et conuentus ſui pretaxatam eccleſiam cum omnibus juribus ſuis et pertinentiis perpetuo aſſignamus poſſidendam, ipſum de eadem per annulum noſtrum inueſtimus, ipſam ſicut alia bona ſui monaſterii cum omnibus libertatibus et juribus ſuo monaſterio incorporantes et decernentes quoslibet turbatores eorum in dicta eccleſia cenſura eccleſiaſtica compeſcendos. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Verde, anno domini milleſimo trecenteſimo tertio, XVI. Kal. Octobris.

Gerken's Dipl. I., 285, 286.

LVII. Biſchof Friedrich von Verden weihet den Altar Johannis des Täufers in der Marienkirche zu Salzwedel und dotirt denſelben mit dem halben Wendiſchen Dorfe Neuendorf, am 25. Februar 1304.

Fredericus, dei gracia verdenſis Eccleſie Epiſcopus, vniuerſis criſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris uel audituris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Notum eſſe volumus omnibus harum inſpectoribus uel auditoribus litterarum, quod nos diuina cooperante nobis clementia conſecrauimus altare ſancti johannis baptiſte in Eccleſia beate marie virginis in Ciuitate Saltwedele, Appoſita conditione tali, quod medietas Niendorpe, ville Slauicalis, omni jure ad altare pertineat memoratum, In vniuerſos et ſingulos prefatum altare in ſuis rebus et redditibus inpugnantes aut aliquo modo inpedientes ſententiam excommunicationis in hiis ferentes ſcriptis ſicut et in conſecratione dicti altaris tulimus in eoſdem. In Cuius rei teſtimonium preſentem litteram juſſimus ſigilli noſtri munimine roborari. Datum ſaltwedele, Anno domini M°. CCC°. Quarto, V kal. Marcii.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XIV, 7.

LVIII. Rudolph, Propſt in Salzwedel, bekundet, wie Propſt und Convent des h. Geiſtes zu Salzwedel zwei Perwerſche der Marienkirche daſelbſt gehörige Hufen beſitzen, am 22. November 1304.

Nos Rodolfus, dei gratia prepoſitus in Soltwedele, preſentibus publice proteſtamur, quod Albertus, prepoſitus S. Spiritus, extra muros Soltwedel et conuentus ibidem poſſident et habent duos manſos in campo Perwer pro annua penſione, videlicet unius chori ſiliginis cum dimidio et dimidio choro auene, pertinentes ad eccleſiam B. Marie in Soltwedel proprietatis titulo cum omnibus attinentiis, pertinentiis et juribus eorundem, quorum hereditatem a vaſallis predicte eccleſie B. Marie et prepoſiti in Soltwedel emerunt vacuos ſine quolibet ſemine pro XIV. talentis Brandenb. denariorum et XX. Marcis cum una ejusdem monete argenti. Quos manſos ſi

nos Rodolfus nunc prepositus siue nostri successores in sepedicta ecclesia pecuniam antedictam pro hereditate traditam dicto preposito vel conuentui reddere decreuerimus, ex tunc dicti mansi sine quolibet semine ut supradictum est cum omnibus juribus predictis ad ecclesiam predictam in Soltwedel et prepositum omni cessante impedimento et proculmota qualibet contradictione devoluentur et in prepetuum pertinebunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero sunt dominus Gherardus de Walstone, dominus Zabellus plebanus de Veloue, Johannes Hartuici, Thidericus Godescalci, Johannes Stesowe, Thidericus Hartuici et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. quarto, in die B. Cecilie virginis gloriose.

Gercken's Dipl. I., 287, 288.

LIX. Das heilige Geist-Kloster zu Salzwedel bekundet den Empfang einer Schenkung und seine dafür übernommene Verpflichtungen, am 21. October 1305.

Ad futuram rei geste memoriam, Nos Albertus, dei gratia prepositus, Johannes, prior, totusque conuentus monasterii Sancti spiritus extra muros Saltwedele recognoscimus publice literas per presentes, quod per donationem piam dilecti nobis Hinrici pellificis, intra septa nostre curie nobiscum demorantis, recepimns XL. marcas Brandenburg. argenti, pro quarum recompensatione debita nos obligauimus in una missa in perpetuum ad altare sancte crucis in nostra ecclesia pro salutis sue et suorum remedio diebus singulis celebranda. Quod si forte casibus inopinatis superuenientibus sine causa rationabili facere nollemus aut etiam non possemus, Consules civitatis Saltwedel, qui pro tempore fuerint, eidem altari pro missa celebranda in sacerdote ydoneo prouidebunt, cui sacerdoti durante sue ministrationis tempore nos annis singulis dabimus IV. choros siliginis de prouentibus nostre curie in Perwer, eadem pecunia pro parte comparatis, donec nos nostriue successores decreuerimus ejusdem altaris officium seu celebrationis ministerium reassumere, ad quod faciendum nobis nostrisque quandocunque valuerimus facultas libera permanebit. Ceterum repromittimus, si prememoratum Henricum post festum sancti Martini mori contigerit et VI. choros siliginis quos eidem annis singulis de nostra ecclesia damus non perceperit, nos illos semel VI. dabimus clausstris videlicet Medinge, Yfenhagene, Distorpe, Arnesse, Creuese et Sehusen, ita quod cuilibet monasterio unum demus tantum. Si vero jam dictos VI. choros idem Hinricus perceperit seu ipse ante festum Sancti Martini mortuus fuerit, tunc illos de suis bonis ubicunque ea habuerit, sumere debebimus et jam dictis VI. clausstris cuilibet unum presentabimus. In cujus donationis et repromissionis euidentiam sigilla nostra tenori presentium sunt appensa. Actum anno domini M°. CCC°. V°. in die undecim Milium virginum.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XXXV, 30.

LX. Johann, Erich und Johann Crucemann verkaufen dem heiligen Geist-Kloster in Salzwedel das Dorf Bantze mit Ausnahme von zwei Wenden, am 15. Dezember 1306.

Ad notitiam presentium et memoriam futurorum nos Johannes et Ericus, fratres germani, Milites, nec non Johannes, ejusdem Erici filius, dicti Crucemanni, protestando recognoscimus publice in hiis scriptis, quod consensu unanimi vendidimus absolute monasterio Sancti Spiritus extra muros Saltwedele villam Banzene totam, duobus Slauis tamen exceptis, cum omnibus prouentibus redditibus et emolumentis, nec non proprietate, pratis et pascuis, tam in nemore quam in campo, ceterisque juribus ciuitati ibidem pertinentibus, proprietatis titulo in perpetuum libere possidendam. Repromittentes nichilominus, quod proprietatis titulum ad usum dicti monasterii euincemus et warandiam faciemus contra quemlibet inpetentem, erimusque in omnibus et singulis supra dictis sufficientes in quolibet judicio warandatores nostris laboribus et expensis. In cujus venditionis repromissionisque certitudinem pleniorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Anno Domini M°. CCC°. VI°. quinta feria proxima post Lucie.

Aus Gercken's Codex.

LXI. Das Kloster des heiligen Geistes zu Salzwedel nimmt den Grafen Heinrich von Lüchow in seine geistige Gemeinschaft auf, am 10. März 1306.

Nobili viro et honesto, domino Henrico, Comiti in Luchoue, Albertus, prepositus, Io. prior, totusque conuentus fratrum regularium ecclesie S. Spiritus extra muros Soltwedele salutem et pacem in domino sempiternam. Deuotionem, quam ad nos et ecclesiam nostram geritis, ob Dei reuerentiam, ut accepimus, affectu sincere caritatis acceptantes Christoque non immerito acceptabile fore credentes, piis ipsam beneficiorum spiritualium vicissitudinibus compensare volentes, vos ad uniuersa et singula nostre ecclesie suffragia tam in morte recipimus quam in vita, plenam vobis bonorum omnium participationem tenore presentium concedimus, que per nos nostrosque successores operari dignabitur clementia saluatoris. Datum anno domini M°. CCC°. VI°., sexto ydus Marcii.

Gercken's Dipl. II, 177, 178.

LXII. Der Rath zu Salzwedel bekundet, daß Johann Wolter eine Rente erkauft hat, die nach seinem Tode zu einem Drittheil der Gewandschneidergilde zufallen und zu zwei Drittheilen zu einer Spende an die Armen verwandt werden soll, am 28. Juli 1307.

In nomine domini amen. Hinc est, quod nos consules ciuitatis saltwedele cupimus presentibus fore notum Coram vniuersorum singulis ac singulorum vniuersis, quod Johannes wolteri sartor III marchas stend. argenti anno singulo in Contubernione, que Gylde wlgariter nuncupatur

noſtrorum pannicidarum, ad tempora ſue vite debet poſſidere. Cum autem dictus Johannes ſartor de ſalo huius vite fuerit ſublatus, ex tunc marcha de hiis tribus cedet vſui contubernionis memorate, relique vero due pauperibus anime ſue pro ſalute in hunc modum, videlicet vna pro calceis, reliqua pro lineis veſtibus largientur, atque iſtud argentum prefatum magiſtri narrate Contubernionis in feſto michaelis, omni dilacione procul ſita erogabunt. Quod ſi non dederint, ſacerdos celebrans altare nominati Johannis ſartoris in eccleſia ſancte marie apud turrim in angulo verſus ſcolas magiſtros contubernionis ſepe dicte pro tactis duabus marchis habere debet comonitos ſingulis annis ſemper in feſto michaelis, vt in elemoſina, ſicut tactum eſt ſupra, largientur. Et quod iſta in ewm a noſtris ſucceſſoribus maneant inconwlſa, preſens ſcriptum Conſcribi iuſſimus, ſigillo ciuitatis ſupradicte Communitum. Teſtes huius ſunt Johannes hartwici, Helyas de emele, hogherus de vlſen, Johannes de linde, heyneman Gladiator, heyricus de Cyrowe, petrus de ſtendal, Rodolfus de Chuden, Thyde piſtor, Gheremya de Ghuden, Ghe. dapifer, hilbertus de arnſe, heyricus de Thuris, heinrichus de wittinche, Conſules et quam alii plures fide digni. Actum Anno domini M°. CCC°. VII°., feria ſexta poſt feſtum beati Jacobi Apoſtoli.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 14, No. 8.

LXIII. Der Rath zu Frankfurt bekundet, nach dem Rathe aller Städte des Markgrafen Johann ſei unter ihnen eine Einigung geſchloſſen, jedes Unrecht gemeinſchaftlich abzuwehren, am 3. März 1308.

Nos Conſules Civitatis Vrankenuorde recognoſcimus univerſis preſentem literam inſpecturis. Quod nos una cum conſilio omnium civitatum Domini Johannis, Marchionis Brandenburgenſis, firma fide inter nos quandam fecimus unionem, in hunc modum, quod ſi aliqua violencia ſeu injuſtitia alicui predictarum civitatum inſurgeret, tunc nos eidem civitati pro noſtra poſſibilitate aſtare volumus conſiliis pariter et expenſis. Ne alicui ſuper iſto dubium oriatur, preſentem litteram fecimus roborari ſigillo noſtre civitatis. Datum in Berlin, die Dominica, qua cantatur Invocavit. Anno Domini MCCC. octavo.

Nach dem Originale des Salzw. Archives VI, 1.

LXIV. Der Rath von Berlin und Cöln bekundet, mit dem Rathe und geſchwornen Bürgern zu Salzwedel die Einigung getroffen zu haben, falls ihre Bürger vor Landgerichte gezogen werden oder ſonſtige Gewaltthaten erleiden ſollten, die Koſten der Abwehr gemeinſchaftlich zu tragen, am 4. Mai 1309.

Viris laude dignis Conſulibus in Soltwedel, Conſulum univerſitas in Berlin et in Colonia, obſequioſam in omnibus voluntatem. Tenore preſencium, veſtre recognoſcimus honeſtati, publice proteſtantes, quod hanc inter nos ordinavimus ſeu fecimus unionem, quod ſi aliquis pro-

ſcriptus vel maleficus deprehenderetur per vos vel per cives veſtros, expenſe, que ſuper eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cauſe. Si vero tempore medio aliqua in hiis conſurgeret violencia contra ordinem juris, illas expenſas communiter ferre volumus inter nos. Item ſi aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Landing, ex tunc ſicut ex nunc, expenſe communes debent eſſe. Item ſi aliqua enormitas ſive violencia per potentes aliquos fieret in veſtra civitate, dummodo conſules talem ſibi aſſumerent violenciam, tunc iterum expenſe communes eſſe debent. Datum in Berlin, anno Domini MCCCIX. Dominica ante aſcenſionem Domini.

Nach Lenz Br. Urk. S. 918.

LXV. Markgraf Woldemar verſpricht Salzwedel bei ſeinen Rechten zu laſſen, auch wenn Markgraf Johann ohne Erben ſterben ſollte, am 14. Mai 1309.

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris. Nos Woldemarvs, Dei gratia Brandenburch, Landesberch et de Luſaz Marchio, tutorque Illuſtris Johannis, de Brandenburch Marchionis, volumus eſſe notum, quod noſtros fideles, cives civitatis Saltwedel in omnibus iuribus et libertatibus eorum, quibus hactenus uſi ſunt, et que publicis literarum inſtrumentis ſuper hoc traditis demonſtrare poterint, ex nunc, etiam ſi ipſum Marchionem Johannem, cujus tutelam gerimus, abſque heredibus, quod abſit, mori continget, conſovere volumus, et favorabiliter conſeruare, grata et rata habentes uniuerſa priuilegia, ipſis civibus ſuper hujusmodi juribus et libertatibus, a noſtris predeceſſoribus liberaliter indulta, que quidem ratificamus, et preſentis ſcripti patrocinio confirmamus, cui noſtrum ſigillum ad maiorem cautelam premiſſorum et firmiorem evidentiam eſt appenſum. Id ipſum etiam Dominus Marchio Johannes, noſter fororius, ſuis literis facere tenebitur, cum ad annos pervenierit etati legitime deputatos, ad quod tunc opem et operam preſtabimus efficacem, ut in preſentibus profitemur. Actum et Datum in Sandow, Anno Domini Milleſimo CCC°. IX°. feria quarta ante penthecoſtes.

Nach dem Originale im Salzw. Archive I, 1.

LXVI. Der Rath der Neuſtadt Brandenburg giebt dieſelbe Erklärung wie Berlin und Cöln ab, am 25. Juni 1309.

Prudentibus viris et honeſtis Conſulibus et iuratis in Soltwedel, Conſules noue civitatis Brandenburgenſis obſequioſam in omnibus voluntatem. Tenore preſentium veſtre recognoſcimus honeſtati publice proteſtantes, quod hanc inter nos ordinavimus ſiue fecimus vnionem, ut ſi aliquis proſcriptus ſiue maleficus deprehenderetur per vos vel per cives veſtros, expenſe, que ſuper eo fierent, per vos ferre debetis vſque ad finem cauſe. Si vero tempore medio aliqua in hiis conſurgeret violencia contra jus noſtrum, illas expenſas communiter ferre volumus inter nos. Item ſi aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Lantdinc, extunc

ſicut exnunc, expenſe communes debent eſſe. Item ſi aliqua enormitas ſeu violentia per potentes aliquos fieret in veſtra civitate, dummodo conſules talem ſibi aſſumerent violentiam, iterum expenſe communes debent eſſe. Datum Brandenburg, anno domini M°. CCC°. IX°. proxima die ſequente poſt feſtum Johannis Baptiſte.

Nach dem Originale des Salzw. Archives VI, 2.

LXVII. Markgraf Johann überläßt der Mannſchaft und den Städten in den Bezirken Salzwedel und Lüchow die Münze zu Salzwedel, am 21. Dezember 1314.

In nomine ſancte et individue Trinitatis, Amen. Oblivio ſemper injuriatur memorie, et ex longinquitate temporis ſepe fit, quod res clara preſentibus redditur obſcura futuris, et ſic interdum reſciſſa repullulant, ſuſcitantur ſopita, ſepulta reſurgunt, unde adverſus oblivionis dispendium prudentum cautela de ſcripture ſuffragio providit. Inde eſt, quod nos Johannes, Dei gracia Brandenburgenſis, Miſnenſis et Luſatie Marchio, publica recognitione recognoſcimus, et ad univerſorum et ſingulorum notitiam preſentes literas intuentium cupimus devenire, quod de maturo conſilio. noſtrorum Conſiliariorum ac provida deliberatione honeſtis viris nobis fidelibus, militibus et vaſallis, Conſulibus et civibus noſtris in diſtrictibus Saltwedele et Lucho univerſis, ac eorum ſucceſſoribus cunctis et ſingulis, monetam noſtram in ipſa civitate Saltwedele, cum jure et proprietate et omni utilitate dedimus, damus et preſentibus aſſignamus, nichilominus omni juri, quod nobis aut noſtris heredibus veris et legitimis in poſterum competere in eadem moneta poſſit, ſimpliciter et pure renunciantes. Et ipſa moneta innovari non debet quoquo modo; ſi vero predictis noſtris fidelibus de communi conſilio et conſenſu, propter bonum terre et noſtrarum civitatum videbitur tempore ſuccedenti eſſe utile et conſultum, quod denarii fierent, qui vulgariter Ockelpennige vocantur, hoc iidem noſtri fideles diſponere poſſunt ſecundum proprium arbitrium, prout ipſis videbitur expedire. Inter cetera recognoſſimus, quod predicti noſtri fideles in recompenſationem iſtius monete ipſis a nobis proprietatis titulo date, ſua propria pecunia theoloneum, Hinrico, Conrado, militibus, et Brunningo, dictis de Crakow in ipſa civitate Soltwedele a nobis et noſtris progenitoribus juſto pheudali titulo collatum, ab eisdem nobis juſto emptionis contractu libere et integre comparaverunt, ita quod ipſum theloneum ad nos eſt per iſtum modum rite devolutum. Et ne in poſterum aliquis error ſuboriatur, preſentibus volumus et ſtatuimus, ut ex nunc nomine thelonei, nil aliud, quam infra continetur, recipiatur, videlicet de ſarcina allecis, que in vulgari Laſt dicitur, duo ſolidi, de choro tritici duo ſolidi, de choro ordei duo ſolidi, de choro ſiliginis duo ſolidi, et de choro avene unus ſolidus Saltwedelenſium denariorum recipiantur, et de ceteris manſis nichil aliud requiri vel dari debet, niſi quod ſolitum fuit et conſuetum. In evidenciam iſtius facti, preſentes literas, preſentibus noſtris fidelibus, videlicet Hinrico, Frederico, Gheveardo, Alberto de Alvensleve, Hinrico Scenken, Lodowico de Wantzleue, Droyſekino, noſtro dapifero, Gunthero de Sando, militibus, et pluribus aliis ſatis dignis, dari juſſimus, noſtro ſigillo ſigillatas. Datum et ſcriptum Spando per manus Herimanni de Arneburch, noſtri prothonotarii, Anno Domini Milleſimo CCCXIIII. die Thome Apoſtoli.

Beckmann's Beſchreib. a. a. O., Sp. 13 u. 14. Lentz Br. Urk. S. 197, 198.

LXVIII. Schreiben des Propſtes Rudolph zu Salzwedel an den Papſt wegen des ſtreitigen Präſentationsrechtes zu einem Altare in der St. Lorenz-Kirche zu Salzwedel, vom 2. April 1315.

Sanctiſſimo in Chriſto patri ac Domino, ſuo Domino, ſacroſancte Romane eccleſie ſummo pontifici, Rudolphus, Dei gratia prepoſitus in Soltwedele, Cum debita reverentia, devota pedum oſculatione beatorum, Sanctitati veſtre cupio notum eſſe, quod cum inter Dominam Alheydem, relictam quondam Thyderici Hartewici, et Fridricum, fratrem ejusdem Domine, presbyterum ex una parte; et Johannem et fratres ſuos, filios quondam Johannis Hardewici, parte ex altera coram me ſuper jure preſentationis ad altare, ſitum in eccleſia ſancti Laurentii in Saltwedele, queſtio verteretur, in conſules civitatis Saltwedele ſuper hujusmodi jure preſentationis fuit concorditer a predictis partibus compromiſſum, ut intellectis et examinatis meritis ipſius omne arbitrium per ſuam ſententiam promulgarent. Poſtea elapſo aliquot dierum ſpatio predicte partes ad judicium redierunt et predictus Fredericus presbyter a dicta Domina, ſorore ſua, ad ipſum altare preſentatus petebat ſe de acceſſu predicti altaris inſtitui, dictam cauſam aſſerens per arbitrium predictorum conſulum terminatam, Johanne et fratribus ſuis reſpondentibus et dicentibus, hoc fieri non debere, tum quod compromiſſum non valebat factum in conſules civitatis Soltwedele ſuper jure preſentationis, de quo ipſi conſules non poterant judicare, tum quod predicti conſules in favorem predicte Domine Alheydis perperam arbitrati, neque formam juris in pronunciando arbitrium neque formam obſervaverunt compromiſſi. Ego vero ſuper hiis deliberatione prehabita diligenti, cum partes predicte cum inſtantia peterent interlocutoriam ſibi fieri ſuper premiſſis interloquendo pronuntiavi, petitionem ſacerdotis Friderici non eſſe admittendam, a qua interlocutoria ipſe Fridericus presbyter appellationem interpoſuit in hec verba: In nomine Domini Amen. Cenſerunt canonice ſanxiones appellationis remedium non eſſe ideo inventum, ut ſit iniquitatis vinculum per preſidium innocentum, verum etiam per iniquam judicis ſententiam levamen oppreſſorum; Volens igitur ego Fridericus de Gorceke humilis ſacerdos gaudere et perfrui appellationis remedio contra ſententiam veſtram interlocutoriam, que niſi appellatione fuerit ſuſpenſa, tranſit in rem judicatam, quoniam promulgaſtis me, Domine Rudolphe, prepoſite in Saltwedele, non eſſe audiendum et inveſtigandum de acceſſu altaris dicti in eccleſia veſtra beati Laurentii in Saltwedele in honore beatorum apoſtolorum Jacobi et Pauli conſecrandi, ad quod altare ego Fridericus presbyter per dictam Alheidam relictam Thyderici Hardewici, ſororem meam, que dinoſcebatur et dinoſcitur vera Domina ipſius altaris et patrona, eo, quod ipſum edificari fecit et dotavit, exſtiteram legitime preſentatus, ſuper quo etiam altari premiſſo lis vertebatur inter Johannem et ſuos fratres, filios Johannis Hardewici, parte ex una, et Alheidem, dictam dominam et ſororem meam, ex parte altera, que veſtra interveniente auctoritate deſciſa arbitrio et teſtimonio proborum virorum in Saltwedele in preſentia veſtra fuit et ſopita. Ulterius quod me vexatis et gravatis contra Domini et canonum inſtituta, unde ab audientia veſtra ſedem apoſtolicam appello in hiis ſcriptis, apoſtolos primo, ſecundo, tertio cum inſtantia poſtulando, quos, ſi mihi denegaveritis, iterum et iterum diſpoſui appellandum, ſubjiciens perſonam meam ſeu res meas mobiles et immobiles et omnes mihi adherentes ſeu adherere volentes, protectioni dicte ſedis. Proteſtor de probando, quantum ſufficit mihi ad intentionem meam aſtruendam, proteſtor etiam, quod hanc appellationem volo corrigere, innovare, declarare, totiens, quotiens mihi vel procuratori meo vide-

bitur expedire. Interpoſita eſt hec appellatio Anno Domini MCCCXV., feria quinta proxima ante Palmas, Proſecuturus appellationem premiſſam, ut debeo, per memet ipſum vel per ſufficientem procuratorem conſtituendum ad omnium, quemadmodum edocentur, canonum inſtituta. Cui appellationi ex cauſis ſuperius expreſſis et maxime, quod ea non ſunt vera, que in appellatione continentur, non duxi ſalva cum debita reverentia ſedis apoſtolice deferendum, et quod predictus Fredericus presbyter petebat cum inſtantia apoſtolos ſibi dari, Has literas ſigillo meo ſigillatas pro apoſtolis refutatoriis ſibi dedi. Actum et Datum in Saltwedele, Anno Domini MCCCXV., IIII. Non. Aprilis.

Nach Lenz Br. Urk. 923.

LXIX. Markgraf Johann vereignet der Kirche zu Rokkenthin zwei Hufen bei Deutſch-Chüden, am 12. Juli 1315.

Nouerint univerſi, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod Nos Johannes, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, propter diuini nominis cultum ampliandum liberos damus duos manſos ſitos in villa Chüden, ad dotem eccleſie in Rokenthin pertinentes, ab omni contributione, precaria, nec non a qualibet ſeruitii exhibitione et ab onere qualicunque, dantes has literas noſtras ſigillatas noſtro ſigillo in teſtimonium hujus facti. Actum Soltwedel, anno domini M°. CCC°. quinto decimo, Vigilia beate Margarethe virginis.

Auſcultata eſt preſens copia per me Johannem Wulff, Clericum Verdenſis Dioceſis, publicum ſacra imperiali auctoritate notarium, et concordat cum ſuo vero originali ſigillato, quod atteſtor propria manu mea.

Gercken's Fragm. I, 59 ex orig. Lenz Br. Urk. 996. Beckmann's Beſchr. a. a. O. Sp. 119.

LXX. Markgraf Johann und Herzogin Anna von Breslau vereinigen die Alt- und Neuſtadt Salzwedel wegen etlicher Streitpunkte, am 13. Juli 1315.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgenſis et luſacie marchio, nec non Anna, eadem gratia duciſſa Wratizlavienſis, Recognoſcimus per preſentes, Quod diſſenſionem inter Ciuitates noſtras Antiquam et nouam Saltwedel pro tempore habitam reformauimus in hunc modum, ſtatuentes et volentes, Quod antiqua ciuitas tercia feria forum optineat, ſicut ante, noua vero ciuitas dominica die ebdomadale forum habeat in vendendis ſingulis et emendis, et volumus vt neutra Ciuitas alteram in foro impediat, ſed promoueat diligenter. Si vero aliquis burgenſis uel aduena die forenſi forum Ciuitatis alterius impedierit, ita quod duobus uel tribus teſtibus vinci poſſit, illum aduocatus impignorabit pro tribus marcis denariorum, de quibus nobis cedent due, ciuitati cui ſit iniuria cedet vna: et utraque ciuitas ſuum habebit conſilium ſpeciale, ſed vnus erit judex, qui vna ſexta feria in vna ciuitate et altera in ciuitate altera iudicabit. Ceterum profitemur,

quod burgenſibus noue ciuitatis a feſto paſche proximo venturo per quatuor annos immediate ſequentes plenam dedimus libertatem, Ita quod omni anno quadraginta marcas brandenb. argenti ad murum ponent proprie ciuitatis. Nos quoque ipſis ſecundum ipſorum indigenciam et noſtram gratiam annis ſingulis ſubſidium faciemus. Domum etiam, in qua continentur macella, liberam eiſdem dedimus ex gracia ſpeciali. Cum iſto ſunt omnia inter ipſos amicabiliter expedita et in alijs ſine dolo ſeruabitur, ſicut ante vnionem ſeruabatur. Huius facti teſtes ſunt heinricus comes de luchov, buſſo gruwelhut, Cerſtanus de ghere et alii fidedigni. Actum et datum ſub noſtris ſigillis in noſtra preſentia Anno domini M° CCC° quintodecimo, In die beate margarete, in Saltwedel.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Salzwedel Fach 7. No. 22.

LXXI. Markgraf Johann verkauft dem Stephans-Altare in der Marienkirche zu Salzwedel das Eigenthum von einigen Hufen, am 13. Juli 1315.

In nomine Domini Amen. Lapſus temporis actiones abſorberet humanas, ſi non ſcripturarum teſtimonium perhennaret easdem. Hinc eſt, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod provido viro, Domino Johanni, dicto de Gorcek, presbytero, ſeniori, vendidimus et in his ſcriptis vendimus debite pro XXI marcis argenti Brandenburgenſis proprietatem unius chori ſiti in villa Buk, in villa Lathecothe unius chori et dimidii et in Lughe viginti modiorum ſiliginis, cum omni libertate, quos choros et proprietatem eorundem dictus ſacerdos appoſuit altari Beati Stephani, ſito in Eccleſia Beate Marie in Saltwedel, perpetuo ad ipſum altare cum omni libertate et ſine ſervitio et absque precaria pheodali ſimpliciter permanendos. Per quam appoſitionem patronis dicti altaris in ſua preſentatione nolumus prejudicium aliquod generari. Et ne huic noſtro et dicti ſacerdotis facto ſalubri quisquam valeat derogare, noſtro ſigillo muniri juſſimus preſens ſcriptum in ſeculorum ſecula valiturum. Teſtes, qui ad hoc vocati ſunt, Illuſtris Domina Anna, Ducisſa Wratizlauienſis, noſtra genitrix kariſſima, nobilis vir Dominus Henricus, Comes de Luchowe, Buſſo Gruwelhut, Johannes, plebanus de Gorlitz, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Saltwedele, Anno Domini Milleſimo CCC. quinto decimo, die beate Margarete virginis.

Nach dem Originale im Salzwed. Archive XXV, 6.

LXXII. Markgraf Johann geſtattet der Stadt Salzwedel den Ankauf von 60 Hufen und befreiet dieſe von Dienſt und Bede, am 25. Juli 1315.

Noverint univerſi, ad quorum notitiam pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, ad ſincerioris amicitie unitatem inter prudentes viros cives noſtre utriusque civitatis Soltwedel ſuſcitandam, ipſos cives ejusmodi noſtri

iuuaminis ſolatio duximus decorandas, ut ſexaginta manſos ſolutos nichilominus et liberos exiſtentes ab onere ſeruitii et precarie cujuslibet valeant comparare et comparatos propriis aratris ſupponere, quos poſſunt attingere, et quos aratris propriis attingere non poterunt, hos ad curias ipſis adjicere poterunt competentes. Nec ultra unius miliaris ſpatium ſit ipſis hos manſos emendi facultas, et hos manſos cum quibusdam aliis ſexdecim manſis et uno manſo ab illuſtri principe Domino Hermanno, quondam Marchione Brandenburgenſi, noſtro genitore Kariſſimo, clare memorie, comparatis poſſidebunt titulo vere proprietatis iuxta conſuetudinem iuris ciuitatis ipſi et heredes ipſorum et ſucceſſores temporibus ſine moleſtia ſempiternis. Quandocunque vero hos manſos comparaverint, tunc de quolibet manſo comparato nobis immediate in feſto beati Martini annisque deinceps ſingulis, ſicut etiam de Manſis XVII premiſſis fecerunt et facient, vnum ſertonem argenti Brandenburgenſis et noſtris ſucceſſoribus erogabunt. Hos quoque manſos cum lignis, pratis, paſcuis et aliis commodis et vtilitatibus ad ipſos ſpectantibus, dicto titulo proprietatis et jure ciuitatis, vt prehabitum eſt, in ſuis metis et limitibus poſſidebunt. Et vt hec noſtra liberalitas et libertas perpetuo absque calumpnia cujuslibet perſeveret immunis, hanc literam dari iuſſimus, noſtri ſigilli ſignaculo conſignatam, teſtibus ad hoc vocatis Illuſtri Anna, Duciſſa Wartizlauienſi, noſtra genetrice dilecta, nobili viro Domino Heinrico, Comite de Luchov, Boſſone Gruwelhut et Slothekone, noſtre curie dapiferis, Criſtiano de Gherardiſtorp, Borchardo de Berthensleue, Henrico et Conrado de Cracov, Henningo de Vorlant, Buſſone de Milov, militibus, Johanne, Plebano in Gorliz, cum aliis fide dignis. Datum Euerswolde, per manum Hermanni de Luchow. Anno Domini MCCC quinto decimo, die beati Jacobi Apoſtoli.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives III, 15.

Der Ort der Ausſtellung iſt nach dem Original Eberswalde, wie nach dem früheren Abdruck bei Lenz, — nicht Arnswalde, wie nach Gercken's ſonſt verbeſſertem Abdruck in deſſen Cod. VIII, 448.

LXXIII. Markgraf Johann verkauft Güter in Saalfeld und Bock an das Kloſter zum heil. Geiſt in Salzwedel, am 1. Mai 1316.

In nomine Domini Amen. Ad futuram geſte rei memoriam nos Johannes, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis et Luſatie, in hiis ſcriptis publice proteſtamur, vendidiſſe ad uſus altaris ſiti in monaſterio ſancti ſpiritus prope Soltwedel, conſecrati in honorem ſancti Cyriaci Martyris et Lucie Virginis duas curias in villa Selvelde, continentes tres manſos ſolventes ſingulis annis tres choros ſiliginis, cum duobus collatis pertinentibus ad easdem et duos manſos in una curia in villa Buck ſolventes annuatim unum chorum ſiliginis cum omni proprietate et juſto titulo proprietatis, videlicet cum advocatia et ſervitio in campis, paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, ita quod in premiſſis curiis nihil nobis et noſtris heredibus, excepta precaria hereditaria, reſervamus, pro ſexaginta marcis Stendalienſis argenti, transferentes nichilominus omne jus ac omnem proprietatem in illos clericos ſeu ſacerdotes ſeculares, prout ſuperius eſt expreſſum, quibus predictum altare a prepoſito monaſterii premiſſi collatum fuerit tempore oportuno. Hanc vero conditionem interponentes, ut ipſi ſacerdotes bis in qualibet ſeptimana miſſam pro defunctis pro ſalute anime patris noſtri dilecti ſint celebraturi. Teſtes hujus facti ſunt nobilis vir Dominus Hinricus, Comes de Lu-

chow, Dominus Sloteko, dapifer noſter, Dominus Hinricus et Dominus Conradus de Crakow, milites, Dominus Theodoricus, Bernardus et Wernerus, milites, dicti de Sculenborch et alii quam plures fide digni. In quorum omnium evidentiam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCXVI, in die beatorum apoſtolorum Philippi et Jacobi.

Nach Lenz Br. Urk. 935 und Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 7.

LXXIV. Gheremann von Chüden verkauft dem Kloſter Iſenhagen Hebungen aus der Bockhornſchen Mühle, am 5. Mai 1316.

Notum ſit vniuerſis preſentia viſuris ſeu Audituris, quod ego Gheremannus, dictus de chudene, burgenſis in Soltwedel, cum communi conſenſu heredum meorum domino Johanni, prepoſito in yſenhaghen, ad manus eiuſdem eccleſie vendidi quatuor choros ſiliginis pro quinquaginta marcis brandenburgenſis argenti in molendino Buchornynghe ſitos, quod jacet apud muros ciuitatis Soltwedel, cum omni Jure et Libertate integra perpetuo poſſidendos. Ceterum huiuſmodi quatuor chori ſiliginis ab ipſo molendino annuatim prouenientes jn feſto Beati martini integraliter conventuj perſoluentur. In cuius emptionis et venditionis euidentiam pleniorem Ego Gheremannus de chudene conuentuj memorato dedi literam hanc teſtimonialem, cum ſigilli mej appenſione roboratam. Datum Soltwedel, anno domini M°. CCC°. XVI°., In die beati Godehardi epiſcopi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 17, No. 1.

LXXV. Der Burgmann zu Salzwedel, Ritter Henning Crucemann, überläßt dem heil. Geiſt-Kloſter zu Salzwedel einen Hof in Prezier, am 13. Juli 1316.

In nomine domini Amen. Ego Henninghus, miles, dictus Crucemann, Caſtellanus in Soltwedele, omnibus hanc literam viſuris vel audituris ſalutem —. Hinc eſt quod Ego Henninghus, miles predictus, in his ſcriptis publice recognoſco, quod de meorum collaudatione heredum et conſenſu vendidi monaſterio S. Spiritus Canonicorum regularium prope Soltwedele curiam unam cum tribus manſis uno Coſſato et decima minuta, que vulgariter dicitur Smale thegede, in villa Prytſzyr, pro XX marcis argenti et ſertone, ſoluentem chorum cum dimidio ſiliginis duos pullos et tres ſolidos denariorum leuium, cum aduocacia omnique jure ac ſuis pertinentiis uniuerſis in perpetuum poſſidendam. Preterea Ego et filius meus Iohannes ad hoc nos obligamur, quod eadem bona per triennium ad manus et ad utilitatem ejusdem monaſterii tenebimur ab omni impetitore defendere, ſed fructus eorundem bonorum cedent ſemper ad monaſterium prelibatum. Triennio vero transacto proprietatem bonorum predictorum tenebimur prefato monaſterio ab illuſtre principe Iohanne, Marchione Brandenburg. et Luſatie, ſiue ab alio, ad quem de jure ſpectat, ſi idem princeps infra predictum moreretur triennium, et volumus procurare. Ad hec autem

omnia et ſingula facienda fidejuſſores dedi ſtrenuos viros Dominum Bernardum de Schulenborch, militem, Henricum de Bodenſtede et Bodonem de Walſtoue, famulos, Caſtellanos in Soltwedele, qui una mecum et cum filio meo Iohanne fide data honorabili viro domino Siffrido, prefati monaſterii prepoſito, et domino Thiderico, dicto monetario, ad manus monaſterii ejusdem taliter promiſerunt, Quod ſi ego et filius predictus infra triennium prefatum per mortem decederemus, tunc eidem mei fidejuſſores proprietatem bonorum ſepedictorum ſicut et nos procurare ſupra nominato monaſterio tenerentur. In quorum omnium euidentiam pleniorem eorundem meorum fidejuſſorum ſigilla una cum meo ſigillo preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XVI°., in die B. Margarethe virginis glorioſe.

Gercken's Dipl. I., 296—298.

LXXVI. Hampo von Kirchberg verkauft unter der Mitbürgſchaft der Ritter Henning von Plaue und Yo von Königsmark der Gewandſchneidergilde in Salzwedel Hebungen aus verſchiedenen Dörfern, am 7. Juni 1318.

Que geruntur in tempore, ſimul cum tempore depereunt, niſi teſtibus ydoneis ac literis debitis ſolidantur. Nouerint igitur vniuerſi, ad quos preſens ſcriptum fuerit deuolutum, quod Ego hampo, famulus, de Kercberghe dictus, de libero arbitrio diſcretis viris thiderico, bolk dicto, et wedeken thuriczen, magiſtris contubernii ſiue fraternitatis pannicidarum antique ciuitatis Saltwedele, que proprie gilde dicitur, necnon conſulibus ibidem ac omnibus ipſorum ſucceſſoribus quinque choros ſiliginis In redditibus ſingulis annis cum aduocacia et cum omni Jure, ſicut hactenus poſſedi, juſto venditionis tytulo pro LVII marcis ſtendal. argenti vendidi ad veram proprietatem habendos, Jacentes In villa Gardiſſe In curia Gheren Swechten II choros, In curia arnoldi fabri ibidem I chorum, In villa plote In curia Gheren bezendal I chorum, In curia rolekini, fratris ſculteti ibidem, I chorum, Item In curia ſculteti In Gardiſſe I chorum, quem predictis quinque choris appoſui, vt de eo Interim, quod ſuper hiis bonis proprietatem non poſſem ordinare, precaria a prefatis magiſtris per tres annos daretur expedite. Quorum bonorum proprietatem a feſto penthecoſtes proximo ad tres annos aſſuturos omni dolo poſtpoſito antedictis magiſtris et conſulibus medio tempore debeam finalius procurare, quo autem facto predictus I chorus ad vſus meos, ſicut prius, libere reuertetur. Ad habendam igitur huius rei ampliorem certitudinem dominus henninghus de plawe et yo de konningeſmarke, milites, prefatis magiſtris eiusdem contubernii, nec non hinrico gladiatori et Johanni plumoni, magiſtris burgenſium et conſulibus in Saltwedel, Thiderico witinghe, Johanni mechowe, hermanno laico et waltero hartwici, Conciuibus ibidem, vna mecum data fide pro eadem caucione vnita manu et inſolidum promiſerunt. Igitur ſi iam dictam iſtorum bonorum proprietatem infra tempus preſcriptum procurare non ſufficerem; extunc ſepedictis magiſtris et conſulibus et eorum ſucceſſoribus prelibatam pecuniam preſciſe et expedite ſine mora ſoluere debeam prefato termino exſpirante: quod ſi non facerem aut ſi negligenter preterirem, extunc mei compromiſſores vna mecum ciuitatem parleberghe intrabunt, non exituri, niſi prius ſepedicta pecunia infra menſem fuerit plenarie perſoluta, aut niſi de predictorum plena fuerit amicitia et fauore. Preſertim ſi ex meis compromiſſoribus ſupradictis aliquem medio

tempore, quod dominus auertat, mori contigerit, ego predictam munitionem intrabo non exiturus, nisi prius infra mensem loco defuncti alium statuam eque dignum, et sic e contrario mei compromissores, si me medio eodem tempore, quod absit, mori contigerit, supradictam munitionem subintrabunt non exituri, nisi loco mei alius eque dignus statuetur. Huius testes sunt: Johannes, plebanus in kercberghe, Vritze de koningesmarke, Coppeke, scultetus in kercberghe, et alii quam plures fide digni. Vt igitur hoc factum ratum et inconwlsum permaneat, presentem paginam super eo conscriptam meo sigillo et meorum compromissorum duxi validius roborandam. Datum et actum Anno domini M°. CCC°. XVIII°., quarta feria ante festum penthecostes.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 9.

LXXVII. Markgraf Woldemar vereignet dem h. Geist-Kloster zu Salzwedel Besitzungen in Vissum, welche es von den Rittern Friedrich und Heinrich von Schepelitz erkauft hat, am 1. Januar 1319.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ad perpetuam rei geste memoriam. Nos Woldemarus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, omnibus hanc literam visuris vel audituris salutem in virginis filio glorioso. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul eciam cum tempore labuntur nisi scripture testimonio et testium annotacione deducantur in noticiam futurorum; Hinc est, quod nos ea, que fiunt a nobis racionabiliter volentes esse manifesta tam presentibus quam futuris, recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod diuine retribucionis intuitu et ad instanciam nostrorum fidelium Frederici et Hinrici, militum de Schepelizce dictorum, de nostrorum consensu heredum donauimus monasterio sancti spiritus prope ciuitatem nostram Saltwedele canonicorum regularium proprietatem et aduocaciam vnius curie in villa vissem, cum altero dimidio manso ac aliis agris, que vulgaliter morgenlant nuncupantur, soluentes duos choros siliginis annuatim, vnum cotsatum, sextam partem prefecture cum iudicio, beneficii seu ecclesie collacionem in eadem villa cum omni jure tam in agris cultis et incultis quam in pratis, aquis, nemoribus suisque pertinenciis vniuersis, prout iam dicti milites de Schepelizce eadem bona a nobis in pheodo tenuerunt, et a quibus iidem canonici ipsa emerunt pecunia persoluta in perpetuum possidenda. Insuper volumus monasterium prelibatum in hiis bonis ab exactionibus, angariis, perangariis et seruiciis quibuslibet liberum esse penitus et absolutum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat et a nemine hominum in posterum infringi valeat, presentem paginam super hoc confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius vero nostre donacionis testes sunt strenui viri dominus Johannes droyseko, dapifer noster, dominus Johannes et dominus Hinricus, ipsius filii, dominus Bernardus et dominus Wernerus de Schulenborch, fratres, milites, Boldewinus et Hunerus de Knesebeke, Bode et Siffridus, fratres de walstowe, famuli, aliique quam plures fide digni. Datum Anghermunde, Anno domini M°. CCC°. XIX°., feria secunda proxima post festum sancti Johannis Apostoli et Ewangeliste.

Aus Klöden's Abdruck (Wald. II, 518) nach dem Original im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin.

LXXVIII. Markgräfin Agnes bestätigt den Bürgern der Stadt Salzwedel ihre Rechte, am 16. September 1319.

Nos Agnes, dei gratia Brandenburgenſis Marchioniſſa, recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod noſtros fideles ciues ciuitatis Saltwedel uniuerſos et ſingulos, tam preſentes quam poſteros, in omnibus juribus et libertatibus ipſorum, quibus intra muros eiusdem ciuitatis hactenus uſi ſunt, ex nunc et quoad vixerimus conſouere ſpecialiter volumus et fauorabiliter pretueri, Dantes ipſis in huius rei efficaciam firmiorem preſentes literas, noſtri ſigilli munimine roboratas. Actum et datum in predicta civitate, anno domini milleſimo trecenteſimo decimo nono, die beate Euphemie virginis et martyris, preſentibus teſtibus ſcilicet nobili viro domino Gunthero de Keuerenberg et Luchow Comite, Borchardo, Gunzelino et Buſſone de Berthensleue, Gherhardo de Kercowe, Conrado de Oſterborch et Broiſekino, pincerna, militibus, cum pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives I, 2.

LXXIX. Herzog Otto von Braunſchweig genehmigt alle Zugeſtändniſſe, welche ſeine Gemahlin Agnes der Mannſchaft des Landes Salzwedel gemacht, am 24. Dezember 1319.

Nos Otto, dei gratia Dominus de Brunswick, volumus ad vniuerſorum notitiam preſentia intuentium aut audientium lucidius peruenire, Quod omnem gratiam, quam magnifica princeps Agnes, noſtra domina dilecta, quondam Brandenborgenſis Marchioniſſa et nunc noſtra glorioſa conthoralis, Duciſſa de Brunswick, militibus et vaſallis vniuerſis in partibus Saltwedele conſtitutis nec non Burgenſibus et ciuibus omnibus ibidem ciuitatis vtriusque et toti terre adiacenti in precaria beniuole dimiſit et donauit, Nos de libero arbitrio preſentibus confirmamus gratam et ratam habituri. Quod ſi aliquis impoſterum hanc dictam gratiam rationaliter ordinatam et donatam ſuaſione diabolica, quod abſit, infringere vel violare preſumſerit, hoc nos totis viribus et auxilio bona fide repellendo volumus retractare. Verum etiam omnia iura et libertates preſcriptorum militum et famulorum atque burgenſium et ipſius terre adiacentis, quibus ab antiquis temporibus hactenus vſi ſunt, ipſis augmentando in his ſcriptis inviolabiliter volumus obſeruare. Vnde ſuper premiſſis omnibus prius dicti milites et famuli cuncti et Burgenſes nobis ad tempora vite preſate noſtre domine Agnetis, Duciſſe, homagium ſeu fidelitatis debitum promiſerunt obſeruandum. Preſentibus noſtris fidelibus nomine teſtium militibus infra ſcriptis, ſcilicet Conrado de Roſtorpe, Borchardo de Bertensleue, Henrico de Bouenten, Gunzelino de Bertensleue, Ludolfo de Holloghe, Bernhardo de Sculenborch, Buſſone de Bertensleue juniore, Herw. de nuze aliisque quam plurimis fide dignis. In horum autem omnium certitudinem et cautelam hanc paginam ſuper eo conſcriptam ſigillo noſtro fecimus roborari. Datum Saltwedele, Anno domini M°. CCC°. XIX°., in vigilia natiuitatis domini noſtri iheſu criſti.

Nach dem Originale des Salzw. Archives V, 3.

LXXX. Die Herzogin Agnes von Braunschweig schenkt zum Seelenheil ihrer Eltern, ihres verstorbenen Gemahls und ihres Bruders das Patronat der Katharinenkirche in der Neustadt Salzwedel dem Kloster des h. Geistes bei Salzwedel, am 15. Juni 1320.

In nomine Domini amen. Omnibus hoc scriptum intuentibus Agnes, dei gratia Ducissa Brunsuicensis, salutem in eo, qui dat omnibus affluenter. Cum hii, qui plus ceteris honoris et gratie acceperunt in presenti vita a domini bonorum omnium largitore, eidem debeant fore amplioris reverentie debitores, ne tanquam accepti immemores beneficii, notam ingratitudinis paciantur; hinc est, quod in salutare remedium animarum videlicet illustrium Dominorum Woldemari, quondam nostri conthoralis karissimi, Hermanni, genitoris nostri dilecti, ac Johannis, nostri germani, quondam Marchionum Brandenburgensium, et Anne, matris nostre pie memorie, nostri quoque nunc conthoralis perdilecti Domini Ottonis, Ducis Brunsuicensis, ac anime nostre dedimus et presentibus literis donamus donatione sollempni deuoto collegio Canonicorum regularium monasterii sancti Spiritus prope Soltwedel jus patronatus ecclesie sancte Katherine in noua ciuitate Soltwedel et altaris beati Mathei in eadem ecclesia situatum cum dote et omnibus eorum prouentibus juribus ac pertinentiis, de quibus etiam esset habenda mentio specialis pleno jure et proprietate perpetuis temporibus possidenda, sicut ea possidet honorabilis vir Dominus Conradus plebanus ibidem. Et quam primum eandem ecclesiam et altare predictum vacare contingerit siue per mortem siue per resignationem vel alias de jure, prepositus jam dicti monasterii quatuor de suis fratribus in eis collocabit, qui ecclesiam eandem et altare officiabunt memoratum, horasque cantabunt canonicas atque cetera facient facienda. Si vero quod absit dictam ecclesiam et altare adeo in fructibus deficere contingeret, quod quatuor persone ad officiandum non sufficerent commode et sustentari, extunc in restrictione personarum hujusmodi ipsius prepositi conscientiam oneramus. Ipsi quoque prepositus et conuentus in reconpensam deuotam ad hec se adstrinxerunt et obligarunt expresse, quod ipsi et successores eorum anniuersarium predictorum Marchionum, nostre matris prefate, domini Ottonis nostri nunc conthoralis Ducis jam dicti et nostram, dum jubente Domino migrauerimus de hoc mundo, peragent in dicta ecclesia et in ipsorum monasterio solempniter in perpetuum, ac si sunus semper presens esset cum vigiliis atque missis, singulisque diebus dominicis memorias predictorum et nostri, dum de medio fuerimus sublati, ad plebem facient nominatim hortando Cristi fideles, ut pro dictis et nobis patrem misericordie suppliciter intercedant. Hujus nostre pie donationis testes sunt Cristianus in Morin et Tylo in Grysswolde plebani Capellani nostri, Conradus dicte ecclesie plebanus, Borchardus et Busso de Bertensleue, Bernardus et Wernerus de Schulenborch, Henninghus dictus Crucemann, Gherardus dictus Wulf, milites, Bodo et Siffridus, fratres, dicti de Walstoue, Hunerus de Knezebeke, famuli, nostri vasalli aliique quam plures fide digni. In cujus rei testimonium nostrum sigillum de certa nostra scientia presentibus est appensum. Actum et datum Soltwedele, anno domini M°. CCC°. XX°., die beatorum Martyrum Viti et Modesti.

Gercken's Cod. VI, 378 ex cop. Beckmann's Beschr. a. a. O. Sp. 77, Hannöv. Anz. 1753 S. 82, Lenz Br. Urk. S. 238, am letzten Orte mit der Jahreszahl 1330.

LXXXI. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekennt für das Hospital St. Georg 13½ Mark Silber zur Verzinsung empfangen zu haben, am 1. October 1320.

Nos Hoyerus de Distorpe, Johannes Mechowe, Wernerus Kerkowe, Henricus Hermanni, Thide Bolk, Albertus Boden, Hinricus de Brume, Conradus Grus, Wolterus Hartwici, Gherardus de Ghent, Johannes Thuritze, Thidericus Barun, Consules veteris civitatis Saltwedele, recognoscimus et protestamur in his scriptis, quod nos ex parte civitatis miserabilibus infirmis in XIIIH Marcas Stendal. argenti obligamur, quas Johannes Mechowe nobis ex parte sancti Georgii presentavit. Pro quibus nos eisdem infirmis duo talenta census, que civitas habet in domo corei, que dicitur Ledderhuz, obligamus ad illud tempus, quo civitas dictum censum redimere poterit possidendo. In cujus rei testimonio sigillum nostre Ciuitatis presentibus est appensum. Datum Anno domini M°. CCC°. XX, quarta feria post Michahelis.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XXXIX, 2.

LXXXII. Der Rath der Neustadt Salzwedel bekundet einen an Werner von Chüden für einen Altar der Catharinenkirche geschehenen Rentenverkauf, am 11. November 1320.

In nomine domini amen. Nos Hupertus, Hermannus Marquardi, Vinkelere, Thidericus Kossun, Thidericus Doleator, Joannes Rekeling, Hinricus Brunow, Joannes Veleuitz, Bodo Vicken et Hinricus Medebeke, Consules noue ciuitatis Soltwedel, recognoscimus publice protestantes, quod Henricus de Pügghen sana vita sua comite cum bona voluntate vxoris sue et suorum heredum wendidit et resignauit domino Wernero de Chüden vnam marcam denariorum census perpetui ex hereditate sua in qua nunc moratur perpetue precipiendam in hunc quidem modum. Predictus dominus et mater sua suis temporibus hoc censu perfrui licite et pacifice debebunt et post decessum amborum Rodolphus de Chüden, frater predicti Werneri, suus filius Albertus simili modo suis temporibus predictum censum percipere debebunt, verumtamen post mortem omnium predictorum octo solidi de censu prenominato debebunt deuolui in redditus altaris Symonis et Jude beatorum apostolorum, fundati in ecclesia beate Catharine virginis gloriose, in noua ciuitati Soltwedel situata, videlicet vt si quis prenominati altaris tunc temporis est vicarius predictos octo solidos suo ministro erogabit et octo solidos vitricis ecclesie debebunt presentari ibidem in pretium calcantium organa. Iste census quatuor temporibus anni est erogandus sic: quatuor solidi in natiuitate domini dari debent, quattuor in festo pasche, quattuor in festo Joannis baptiste atque quattuor in festo Michaelis dabunt. Preterea possessor dicte hereditatis pro hoc censu debet dare sicut pro aliis bonis suis exactionem, que Schodt vulgariter nuncupatur, qui census si non daretur quolibet termino expedite mox nunctius ciuitatis expignorare deberet eundem. Verumtamen hanc elemosynam sepe dictus dominus Wernerus fecit predicto altari et calcantibus organorum post obitum suum et aliorum trium ob reuerentiam omnipotentis dei et sue matris virginis marie et omnium sanctorum in remedium anime sue et omnium suorum progenitorum. In quorum omnium euidens testimonium

sigillum nostrum presentibus est annexum. Datum Soltwedel, anno domini millesimo tricentesimo vigesimo, in die Martini episcopi.

Gercken's Fragm. III, 63—65.

LXXXIII. Die Herzogin Agnes von Braunschweig bestätigt die von dem Markgrafen Otto am 9. März 1289 an einen Altar der Marienkirche in Salzwedel vorgenommene Eigenthumsverleihung, am 21. Dezember 1320.

Agnes, dei gratia ducissa Brunswicensis, vniuersis tenorem presentium percepturis Salutem ac sincere voluntatis affectum. Noueritis, quod literas magnifici principis domini Ottonis quondam marchionis Brandenburgensis, nostri avi karissimi, clare memorie, in nulla sui parte viciatas Sigillo suo vero sigillatas vidimus scriptas fideliter in hec verba. Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio etc., Dat. Saltwedel, Anno dom. M°. CC°. LXXXIX septimo idus Marcii (No. XXXV.). Nos igitur Agnes ducissa predicta, cupientes effici huius facti salutaris participes, premissa omnia et eorum quodlibet ratificamus et approbamus in omnibus et in qualibet sui parte, et in testimonium perpetuum nostrum sigillum presentibus est appensum, presentibus gherardo de kercow et conrado de Osterborch, militibus, et aliis fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini M°. CCC°. XX°., die Sancti thome, per manum henrici de luchow nostri Notarii.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 25, No. 7.

LXXXIV. Herzog Otto von Braunschweig genehmigt die Gründung und Dotirung eines Altars in der Klosterkirche zum heil. Geist in Salzwedel mit einer Bierstiftung für die Hospitaliten und für den Convent, am 25. November 1321.

In nomine etc. Nos Otto — dux Brunswicensis — recognoscimus — quod — ad instantiam nostrorum fidelium Tiderici, Bernardi et Werneri, fratrum de Schulenborch, Militum, de nostrorum consensu legitimorum heredum donauimus — Monasterio sancti Spiritus Canonicorum Regularium prope Soltwedele proprietatem septem mansorum cum tribus curiis in villa Dewitze cum decima minuta omnique iure, — prout iam dicti Milites eadem bona a nobis hactenus in pheodo tenuerunt et nunc ea viro discreto domino Bertoldo scriptori vendiderunt pecunia pro parata, cum aduocacia et Judicio supremo et infimo — excepto iudicio in communi platea siue strata et in agris siue campis quod sibi prefati Milites reseruarunt, sed predictorum bonorum colonos racione huiusmodi Judicii Milites iidem ad nulla seruicia cogere possunt —. Prenotatus vero dominus Bertoldus cum prefatis bonis vnum altare dotauit in honorem dei, sue matris sanctissime et omnium sanctorum constructum in Ecclesia Monasterii prelibati Officiandum singulis diebus in perpetuum Canonicis a prefatis. Soluunt autem in redditibus annuatim bona prenominata Quinque choros et sex modios siliginis, octo solidos et duos denarios Brandenburgenses ac VI Imo-

dios ordei parue menſure cum XVI pullis. Preterea idem dominus Bertoldus de ſepedictis bonis ſic ordinando ſtatuit, Quod Magiſter caritatis Canonicorum ſupra dictorum prefata debet percipere bona et de vno choro in quantum valet ipſorum infirmis cereuiſiam procurare, De ceteris autem in quantum poterit ipſis dominis ſiue Canonicis Cereuiſiam ad collacionem idem Magiſter caritatis debet in perpetuum miniſtrare. Nos autem ſepefata bona ad tam pium opus ordinata Volumus ab omnibus exactionibus angariis et perangariis libera eſſe et abſoluta preter communem precariam, quam dilectiſſime Conthorali noſtre, domine Agneti, reſeruamus — —. Datum Anno M°. CCC°. XXI°., in die ſancte virginis Katherine.

Danneil's Kirchengeſch. d. St. Salzwedel, S. 8. No. 18.

LXXXV. Herzog Otto von Braunſchweig und Herzogin Agnes machen den Gewandſchneidern zu Salzwedel gewiſſe Zugeſtändniſſe, am 4. Juli 1323.

Dei gratia nos Otto, dux, et Agnes, ducisſa Brunſuicenſis, recognoſcimus fideliter per preſentes, quod cum matura et exacta deliberatione noſtrorum fidelium ſubſcriptorum, duximus preſentibus firmiter ſtatuendum, mandantes ac precipientes ſub uirtute noſtri fauoris et gratie, ne aliquis in utraque noſtra ciuitate Soltwedell habitans et generaliter nullus in diſtrictu ſeu Advocacia Soltwedelgenſi de cetero pannum incidere preſumat ſeu diuiſum ſeu indiuiſum uendat, niſi tantummodo in antiqua noſtra ciuitate Soltwedele in communi theatro pannicidarvm, quique pannicidarum eorundem habeat conſraternitatem, que ghilde dicitur, ſeque debito modo ſeruet et rexerit in eadem. Si uero aliquis ciuium predicte utriusque ciuitatis Soltwedel hoc noſtrum ſtatutum auſu temerario infringere aut uiolare preſumpſerit et teſtimonio duorum proborum Burgenſium ibidem de hoc conuictus fuerit, talis pro qualibet uice tres marcas argenti Brand., de quibus nobis duas et dicte fraternitati unam, continuo vadiabit. Preterea ſi quis in predicto diſtrictu ſeu aduocatia Soltwedelgenſi extra muros Soltwedelgenſes pannum inciderit et per duos idoneos uiros de hoc connictus fuerit, talis pro qualibet uice nobis ſolum tres marcas argenti continuo vadiabit, Nolentes per hoc ſtatutum libertatibus, quas in nundinis predicta utraque ciuitas Soltwedel habet et habere conſueuit, aliquatenus derogare. In quorum omnium teſtimonium ualidum noſtra ſigilla preſentibus de noſtra certa ſcientia ſunt appenſa. Preſentes fuerunt Guncelinus, Wernerus et Buſſo de Bertensleue, Ludolphus de Hollege, Albertus de Aluensleue, Borchardus de Aſſeburg et Gheuerhardus de Weuerlinge, milites, Jordanus de Camp, noſter aduocatus, cum aliis fide dignis. Datum Wolfenbottle, anno domini M° CCC° XXIII°, die ſancti Odalrici.

Nach dem Originale im Salzw. Archive XIV, 10.

LXXXV. Ritter Conrad von Krakow ſchenkt dem Kloſter Neuendorf Grundhebungen und den Schulzen in der Neuſtadt Salzwedel, am 6. Juli 1323.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Cum erroris matura obliuio geſta fidelium diluat ſeu gerenda —, niſi linguis teſtium vel inſtrumentis publicis perhennentur; Hinc eſt quod ego Conradus, miles, dictus de Crakowe, pro me et pro filiis meis legitimis ſcilicet Henningo, Hermanno et Heyſone recognoſco tenore preſentium publice proteſtans, quod ſeptem marcas puri argenti, que dari de manſis noue civitatis Soltwedel ſolent, quas omni jure et absque quibuscunque ſeruitiis habui, clauſtro Sanctimonialium in Nyendorpe Halberſtadenſis dioceſeos libere donaui cum omni jure predicto et absque ſeruitiis perpetuo poſſidendas, ſaluis juribus et perceptionibus in predictis bonis Magiſtri Petri, medici, et Geſe Saſſen, qui predicta bona percipient ſecundum formam, que in eorundem priuilegio liquido continetur. Preterea jam dicto clauſtro libere donaui predicte ciuitatis prefectum, qui habet duos manſos liberos, qui predictus prefectus debebit ipſi clauſtro vel nuncio ſuo ſepe dicta bona absque contradictione cum requiſitus fuerit expandare, volens nihilominus predictum clauſtrum de memoratis bonis plene coram quibuslibet Warandare. In cujus donationis acceptabilem gratitudinem memoria mei et uxorum et parentum meorum annis ſingulis in miſſis pro defunctis et vigiliis ſecundum morem conſuetum anniuerſariorum ſolemniter peragetur. In quorum notoriam euidentiam ſigillum meum una cum ſigillis ſubſcriptorum teſtium duxi preſentibus apponendum. Teſtes hujus donationis ſunt honorabiles viri Dominus Conradus de Oſterborg et Dominus Gherardus de Kerkowe, milites, et alii, quibus fides merito noſcitur impendenda. Datum anno domini M°. CCC°. XXIII°., in octaua beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

Gercken's Diplom. I, 309—311.

LXXXVII. Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt der Stadt und dem Lande Salzwedel, das ihm gelobt hat auf ſeine Lebenszeit nach dem Tode der Herzogin Agnes ihm getreu zu bleiben, verſchiedene Rechte und Freiheiten, am 5. Februar 1324.

Van gnadhe Goddes we Otte, Hertoge von Bruneſwich, bekennen vnd don witlick allen dhen de düſſen breff ſen vnd horen, dat we dorch truwe vſſer leuen Mannen, Riddere vnd Knechte vnd borghere, dhe dar wonen in beiden Steden tho Saltwedele vnd in dheme Lande to Saltwedel, vnd dhen, de ſick mit öhn vorenet hebben vnd ghelouet hebben, vnd ſunderliken dorch de Holdinghe, dhe ſe vns ghelouet vnd geſuoren hebben, by vns tho bliuende na deme dhode dher edelen Vorſtinne Agneten, vſer leuen beddenoten, to vſeme liue. So hebben wy, mit gudem willen vnd mit rhade vſer wiſen ratgeuern, dhen vorbenomeden riddern, knechten vnd borgeren in beiden Steden to Saltwedele, dhe nu ſint vnd noch tho komende ſint, ghegeuen vnd beſtediget in deſeme jegenwardighen breſe alle dhe fryheit vnd alle dhe ghnade vnde alle öhre rechte vnd alle öhre Gerichte, alle öhre Lehn vnd alle öhre erue vnd alle öhre guden wonheit vnd alle öhre eygen, geyſtlick vnd weltlick, vnd alle, dat ſe in öhren weren hebben an velde,

an holte, an marcke, an weyde vnd mit allerleie nütt in dheme lande vnd in dhen Steden. We ſtedegen öhn ock alle dhe ſtücke, dhe ſe bewieſen möghen mit alden vnd mit nygen breſen, de öhn ghegeuen ſin von den Vorſten vnd vorſtinnen, dhe vor vns gheweſen ſint. Ock ne wille we noch ſcolen anderes nene Bede nemen, wenne we ghenomen hebben wente her, to Sente Walborghe daghe tvene ſcillinghe, to Sente Mertinen daghe dre ſcillinghe brandenborgeſcher penninghe vnd dre ſchepel korne Saltwedelsker mathe, enen ſchepel roggen, enen gerſten vnd enen hauern van jewelken Wiſchepel, dhe Bede pleget to gheuende. Ock ne wille we noch en ſcolen nene lenbede nemen. We willen ock, dat jewelck mann, he ſy riddere, knechte edder borghere, ſcole nene Bede nemen, wanne alſe dhe herſcap nimt. We ſcolen ock laten riddere vnd knechte vnd borghere by alle ereme rechte, vnd ghebure by alle ereme rechte. Wanne ock dhe lenware an vns komen, ſo ſcole we ſe vortmer lyen riddern, Knechten vnd borghern ſunder allerleie beſchattinghe. We willen ock vnd günnen, dat ſe de Eininghe holden, dhe ſe tho ſamende hebben ghelouet vnd geſworen mit dheme lande vnd mit den Steden in dher Marcke. We willen ock, dat alle Cloſter in duſſeme vorbenomede Lande vnde Godeſhus bliuen by alle ereme rechte vnd by alle ereme eygene vnd by aller erer vryheit, dar an ſcole we ſe nicht hindern edder neman van vſer wegene. Were dhat alſo, dhat ſe jemand anders hinderde dar an, des ſcole we ſe dhes vordegedinghen vnd truwe hülpere ſyn. Vppe dhat alle duſſe vorbeſcreuen dingh ganz vnd ſtede bliuen, des hebben we jegenwerdighen bref ghegeuen vnd beſegelet laten mit vſeme Ingeſegele. Dar hebbet ock ouer gheweſen vſe truwen man Geuehart vnd Albrecht van Aluensleue, Conrad van Reſtorp, Güncelin, Werner vnd Boſſe van Bertensleue, Ludolff van Hollege, riddere, Jordan van dheme Campe, vſe Voged, vnd Henning van Helwardeſſen, vſe Marſcalck, Knechte, und andere mehr guder lüde. Diſſe bref is ghegeuen to Soltwedel, na Godes bort duſent drehundert Jahr in dem veer vnd twintigeſten jare, des heyligen dhages Sente Aghaten der heyligen juncvrowen.

Nach dem Originale des Salzw. Archives, Fach 1, No. 3.

LXXXVIII. Der Rath der Altſtadt Salzwedel verkauft dem Prieſter Johann Görtzcke eine Rente mit der Bedingung, das Kapital nach dem Tode deſſelben und ſeines Neffen zum Bau eines Hoſpitals zu verwenden, am 30. November 1324.

In nomine dominj amen. Nos Johannes Witte, Johannes Bertoldj, Johannes de Mechouwe, Johannes dictus plume, wolter hartwicj, Johannes Thuriz, Thidericus perwer, Thidericus Barun, Albertus brewiz, Johannes de fonte, Thidericus de vrſleue, Thydericus Schéſeko, Conſules in antiqua ciuitate Solthwedel, preſentibus aperte proteſtantes conferimus et contulimus Domino Johanni, pronido ſacerdotj, dicto de Gorcykke, filio hynrici de goorcikke memorie felicis, et Johannj, filio ſui fratris, dimidium chorum ſiliginis, vnum pullum et X ſolidos brandenb. ſitos in villa ſanneme, ſcilicet in Curia hermen de hilghenuelde, pariterque dimidium chorum ſiliginis in Lyyſten in Curia petri, vitas ipſorum ad amborum, quouis anno veris in Redditibus commodoſe percipiendum, Nichilominus cum integra aduocatia totoque Jure poſſidendum libere, Quibus Illi de Chartouwe nunc uſque poſſederunt, Ita videlicet, Quod dominus Johannes ante-

dictus primo diebus vite ſue dictis redditibus ſolus potens quiete potiatur, Deinde ſe mortuo prefatus Johannes eiſdem in vita eque ſua potiatur, ambobus autem mortuis Redditus ſepedictj per conſules tunc temporis antedicte Ciuitatis ad ſtructuram cuiusdam noue domus hoſpitalis et inibi infirmorum ſouendorum tenebuntur erogari, vt jam dictus dominus Johannes Emptor horum reddituum pro gloria dei ſueque matris glorioſe virginis Marie fieri predilpoſuit, anime ſue in Salutem atque ſuorum cunctorum progenitorum. Cuiusmodj racionabile factum noſtro ſigillo duximus Roboratum (ſic). Datum anno domini M°. CCC°. XXIIII°., In die Beati apoſtoli Andree.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 41, No. 2.

LXXXIX. Der Rath der Altſtadt Salzwedel verſchreibt an Conrad Crun eine Rente in Zinshebungen aus der Stadt, am 20. November 1326.

Nos Theodoricus Bolck, Theodoricus Barun, Conradus Crun, Chriſtianus Tholner, Theodoricus Witinch, Woltherus Hartwici, Henricus Bernardi, Theodericus brewitz, Helvicus de Stulpen, Latkat, Weſſeke, Veſe Lyderhuſen, Conſules antique civitatis Soltwedel, tenore preſentis litere recognoſcimus et profitemur, quod Conrado Crun et ſuis heredibus veris XV ſolidos Soltwedel. denariorum in domo Alberti Bodonis III ſolidos et XII ſolidos in domo Conradi ſuſoris candelarum in perpetuum ab omni collecta liberos donauimus et ſolutos pro IV ſolidis perpetui cenſus, quos noſtre ciuitati per unius marce argenti donationem comparauit, faciendi et dimittendi cum predictis XV ſolidis liberis ſibi donatis per nos, quod ſue beneplacitum fuerit voluntati, nullo penitus de foro conſilii ciuitatis Soltwedelenſis impoſterum contradicere valente nec audente. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre ciuitatis preſentibus eſt appenſum ſub anno domini M°. CCC°. XXVI°., ſequenti die poſt feſtum beate Elizabeth vidue.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XVI, 3.

XC. Der Rath zu Salzwedel acceptirt ein ihm von Johann Wolters zugewandtes Vermächtniß, am 24. Januar 1327.

Nos Johannes albus, Johannes prope fontem, Thydericus bolk, Thydeke barun, Wolterus hartwyci, Gerardus genth, Johannes bertoldi, albertus brewyz, Latkote, Gerardus thuriz, arnoldus rytzleue, Godekinus Wolteri, Conſules antique ciuitatis ſoltwedel, recognoſcimus et proteſtamur in hiis ſcriptis, Quod Johannes Wolteri pie memorie comparauit XII ſolidos ſoltwedelenſium denariorum in domo Eſekini doleatoris ante caſtrum perpetui cenſus, qui dicitur worttins, et eoſdem XII ſolidos conſulibus antique ciuitatis Soltwedel ſingulis annis aſſignauit in octaua ſancti Mychahelis archangeli per camerarios ciuitatis antedicte largiendos, ſic quod vnicuique conſulum vnus ſolidus manualiter tribuatur pro eo, quod magiſtris gylde pannicidarum ad hoc iubendo inclinent, vt duas marcas argenti, per ipſum Johannem Wolteri via elemoſyne a gilda pannicida-

rum eo ſuperſtite comparatas, pauperibus ſuo tempore erogare non dimittant, vnam marcam in lineis veſtibus, aliam in calceis ſingulis annis pauperibus diſtribuendo, ad quas elemoſinas matrona, Gheſa dicta, de ſancto ſpiritu adiecit dimidium chorum ſiliginis, quam magiſtri predicte gylde pannicidarum ſingulis annis perpetue erogabunt, jta ſcilicet, quod VI modii iam dicti dimidii chori ad calceos et VI modii ad lineas veſtes pauperibus miſericorditer ſuo tempore diſtribuantur, prout de duabus marcis ſuperius eſt expreſſum. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtre ciuitatis preſentibus eſt appenſum ſub anno domini M°. CCC°. XXVII°., ſabbato quatuor temporum venite adoremus.

Nach dem Originale im Salzwed. Archive XIV, 11.

XCI. Biſchof Johann von Schwerin verſchreibt der Elendengilde in Salzwedel einen Ablaß, am 7. Juni 1327.

Johannes, diuina gratia epiſcopus Zwerinenſis eccleſie, vniuerſis matris eccleſie filiis, quibus preſens ſcriptum fuerit exhibitum, ſalutem in domino ſempiternam. Cupientes fidelium mentes ad deuotionem erigere omnibus uere penitentibus confeſſis et contritis, qui fratribus exulum in ſaltwedel manus porrexerint adiutrices uel promotionem aut auxilium preſtauerint, qui eorum diuinis et kalendis interfuerint, de miſericordia omnipotentis dei et beatorum apoſtolorum petri et pauli apoſtolorum meritis confiſi, de iniuncta ſibi penitentia XL dies et vnam karenam, dummodo conſenſus dyoceſani accedat, ſalubriter in domino relaxamus. Datum Danneberghe, Anno domini M°. CCC°. XXVII°., in dominica, qua cantatur domine ne in tua, ſub noſtro ſecreto.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Salzwedel, Fach 12, No. 18.

XCII. Gherard von Walſtawe, Pfarrer in Jeben, conſentirt in einen Rentenverkauf an die Elendengilde, am 27. Juni 1327.

Ego Gherardus de Walſtoue, ſacerdos, plebanus in Geben, Cupio ad vniuerſorum noticiam preſentia intuencium ſiue audiencium lucidius peruenire et proteſtor manifeſte, quod abrenuntio bonis videlicet XVIII mod. ſiliginis XVIII denar. II pullis, Que habui in villa Ritze — — et debui temporibus vite mee percepiſſe, Et quod fratres mei Bodo et Syfridus de Walſtoue predicta bona fraternitati ſiue fratribus exulum vendiderunt. Hoc factum eſt de mea voluntate et conſenſu, ita quod in perpetuum debeant dicti fratres exulum ſepe dicta bona poſſidere. In huius rei teſtimonium meum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Teſtes huius abrenunciacionis ſunt Domini Thidericus, Wernerus de Schulenborch, milites, Dominus Ghuehardus, ſacerdos, Weſſeke, ciuis in Soltwedel, et quidam alii fide digni. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. XXVII°., ante caſtrum Betzendorpe, ſabbato ante feſtum apoſtolorum petri et pauli.

Danneil's Kirchengeſch. d. St. Salzwedel, S. 9. cf. Cod. V, 313.

XCIII. Der Rath der Neustadt Salzwedel genehmigt ein von Werner Chüden dem Altar Simonis und Judä in der Katharinenkirche ausgesetztes Vermächtniß, am 11. November 1327.

In nomine domini Amen. Nos hupertus, hermannus marquardi, vynkelere, Thidericus cossun, thidericus doleator, Johannes Rekeling, hinricus brunowen, Johannes veleviz, Bodo vicken et hinricus de medebeke, Conſules noue Ciuitatis ſoltwedel, recognoſcimus publice proteſtantes, Quod hinricus de Puggen, ſana vita ſua comite, cum bona voluntate vxoris ſue et ſuorum heredum, vendidit et reſignauit Domino wernero de Chuden vnam marcam denariorum cenſus perpetui ex hereditate ſua, in qua nunc moratur, perpetue percipiendam, In hunc quidem modum. Predictus dominus wernerus et mater ſua ſuis temporibus hoc cenſu perfrui licite et pacifice debebunt, Et poſt deceſſum amborum Rudolffus de chuden, frater predicti domini werneri, et ſuus filius albertus ſimili modo ſuis temporibus predictum cenſum percipere debebunt. Verumptamen poſt mortem omnium predictorum Octo ſolidi de cenſu prenominato debebunt devolui in redditus altaris Symonis et Jude beatorum Apoſtolorum, ffundati in eccleſia beate Katherine virginis glorioſe jn noua ciuitate Soltwedel ſituata, videlicet ut ſi quis prenominati altaris tunc temporis eſt vicarius, predictos octo ſolidos ſuo miniſtro erogabit, Et octo ſolidi vitricis eccleſie debebunt preſentari ibidem in pretium calcancium organa. Iſte cenſus quatuor temporibus annj eſt erogandus ſic: quatuor ſolidi in Natiuitate domini dari debent, quatuor in ffeſto Paſche, quatuor in feſto Johannis baptiſte atque quatuor in ffeſto mychaelis dabunt. Preterea poſſeſſor predicte hereditatis pro hoc cenſu debet dare, ſicut pro alijs bonis ſuis, exaccionem, que ſchot vulgariter nuncupatur. Qui cenſus ſi non daretur quolibet termino expedite, mox nuncius ciuitatis expignorare deberet eundem. Verumptamen hanc elemoſinam ſepedictus dominus Wernerus ffecit predicto altari et calcantibus organorum poſt obitum ſuum et aliorum trium ob reuerenciam omnipotentis dei et ſue matris virginis marie et omnium ſanctorum in remedium anime ſue et omnium ſuorum progenitorum. In quorum omnium euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt annexum. Datum Soltwedel, Anno domini M°. CCC°. XXVII°., In die Martini Epiſcopi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 32, No. 4.

XCIV. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, beſtätigt dem heil. Geiſt-Kloſter in Salzwedel die Vogtei über Wendiſch-Chüden, im Jahre 1328.

In nomine Domini Amen. Nos dei gracia Agnes, Duciſſa Brunſuicenſis, quondam Marchioniſſa Brandenburgenſis, omnibus hanc litteram inſpecturis vel audituris ſalutem in filio virginis glorioſe. Quoniam ea, que ſub humanis in tempore fiunt actibus cum tempore euaneſcunt —; Hinc eſt, quod nos ea, que ad omnipotentis Dei honorem fiunt, nolentes infirmari, ſed potius perennari, recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod religioſus vir Dominus Siffridus, prepoſitus monaſterii Sancti Spiritus prope Soltwedel, nobis expoſuit, quod noſtri Aduocati et quidam alii ipſum et monaſterium in bonis et ſilua ville Slauicalis Chudene, ad idem monaſterium pertinentis cum omni jure, impediant, nec impedire deſiſtunt. Quare literas illuſtris Principis Domini

Ottonis, noſtri aui dilectiſſimi, et ſuorum fratrum Dni. Alberti et Dni. Ottonis, pie memorie Marchionum quondam Brandenburgenſium, ſuper eadem bona conſcriptas vidimus, et legi nobis fecimus, in quibus lucide inuenimus, predictam villam cum ſilua ſub certis terminis ſeu limitibus ad prefatum monaſterium integraliter cum Aduocatia et omni jure pertinere. Quia vero ad nos, que plus ceteris a Deo recepimus, donationes piis locis precipue a noſtris progenitoribus factas non infirmare, ſed ſemper fouere et tueri et omnes impedientes et impugnantes cohercere et debilitare, predictam donacionem tam rationabilem et piam gratam habemus, et in nomine Domini noſtri Jeſu Criſti confirmamus. Prohibentes omnes et ſingulos diſtrictiſſime, ne de cetero aliquatenus prenominatum monaſterium in predictis bonis et ſilua impediant, noſtris precipue et ſingulariter Aduocatis injungentes et precipientes, ut ab inſultibus et inuaſionibus eorundem bonorum et ſilue omnes et ſingulos auctoritate noſtra compeſcant. Si quis autem horum temerarius violator extiterit omnipotentis Dei iram et noſtram indignationem ſe certiſſime nouerit incurſurum. Teſtes horum omnium ſunt Dominus . . . . . et Dominus Conradus, in Gardeleghe plebanus, noſtri capellani, Tidericus et Bernardus de Schulenborch, fratres milites, Bodo et Siffridus, fratres de Walſtoue, famuli, aliique quam plures fide digni. In quorum omnium euidenciam preſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°.

Nach Gercken's Cod. VIII, 451.

XCV. Herzog Otto von Braunſchweig genehmigt die Schenkung des Patronats über die Katharinenkirche und den Mathäi-Altar in Salzwedel an das h. Geiſt-Kloſter daſelbſt, am 2. Februar 1329.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Dei gratia nos Otto, Dux Brunſwicenſis, univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam viſuris vel audituris ſalutem in vero ſalutari. Quoniam geſta temporum preſentium cito in oblivionem tranſeunt, niſi ſcripture teſtimonio et teſtium annotatione deducantur in notitiam futurorum; hinc eſt, quod nos ea, que noſtris ſiunt rationabiliter temporibus et in perpetuum duratura cupientes eſſe manifeſta, tam preſentis temporis hominibus quam futuri, recognoſcimus in hiis ſcriptis publice proteſtantes, quod domina Agnes, noſtra conthoralis kariſſima, quondam Marchioniſſa Brandenburgenſis, de noſtro conſenſu et voluntate bona, ad honorem Dei omnipotentis et ſue matris ſanctiſſime Virginis Marie, pro ſue anime ac noſtre ſuorum parentum ac noſtrorum remedio, donavit monaſterio ſancti ſpiritus prope Soltwedele canonicorum regularium jus patronatus eccleſie ſancte Katharine civitatis Soltwedele nove et altaris ſancti Mathei in eadem eccleſia fundati, prout dominus Conradus, nunc ibidem plebanus, ea poſſidet, in perpetuum poſſidenda. Quam donationem, ſicut de noſtra bona voluntate dinoſcitur proceſſiſſe, ratificantes in hiis ſcriptis, prelibato monaſterio, prout in literis domine Agnetis, noſtre conthoralis predicte, ſuper hoc confectis continetur, in Chriſti nomine confirmavimus. In cujus donationis et noſtre ratihabitionis ac confirmationis evidentiam pleniorem preſentem literam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Teſtes huius facti ſunt ſtrenui Viri Ludolphus de Holueghe, Gunzelinus et Borchardus de Bartensleve, Tidericus et Bernardus de Schulenborch,

fratres, Johannes de Ampleve, milites, Bodo et Siffridus de Walstove, famuli, et alii quam plures nostri fideles fide digni. Datum Anno Domini MCCCXXIX., in purificatione sancte Marie.

Nach Lenz Br. Urk. S. 949.

XCVI. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes unterordnen die Besitzungen des Johann Wolf und der Gebrüder Heinrich und Jordan von Walstawe dem Salzwedelschen Stadtrechte, am 25. März 1329.

Dei gratia nos Otto, Dux in Bruneswich, antique Marchie Dominus, ac Agnes, eadem gratia Ducissa ibidem, tenore presentium recognoscimus et fatemur, Quod curiam zitenis ac omnia bona cum omnibus suis iuribus, que Johanni dicto Wulf, Hinrico et Jordano fratribus dictis de Walstoue pertinebant, ad ius ciuitatis Soltwedel locauimus et locamus per presentes, ita quod mansi de dictis bonis, qui cum aratro coluntur, tot sertones nobis et nostris successoribus singulis annis ad festum beati Martini dabunt, sicut et dantur de mansis dicte ciuitatis. Testes huius sunt Guntzelinus et Borchardus de Bertensleue, Bartoldus de Veltem et Johannes de Ampleue, milites nostri. In huius euidentiam presentem literam dedimus nostris sigillis firmiter communitam. Datum anno domini M°. CCC°. XXIX., in die annunciationis beate marie virginis.

Nach dem Original im Salzw. Archiv VII, 23.

XCVII. Die Herzogin Agnes, Herrin der Altmark, belehnt Bürger zu Salzwedel mit einer Hufe Landes in Putlenz, am 2. April 1329.

Ne ea que fiunt in tempore simul labantur cum tempore, literis autenticis solent firmiter roborari. Hinc est quod nos Agnes, dei gratia in Brunesuich Ducissa, antique Marchie domina, matura deliberatione prehabita, civibus nostris nove civitatis Soltwedel, Johanni de Veleuiz et sue uxori domine dicte Wmpe, ac Johanni dicto de Geggeleue et domine Yde, sue matertere, ac suis veris heredibus contulimus et in hiis scriptis conferimus unum mansum situm in loco, qui dicitur Putlandes, cum omnibus iuribus, videlicet campis, viis, inviis, pratis, pascuis libere possidendum. Huius rei testes sunt Bartoldus de Veltym, miles, dominus Conradus, plebanus in Gardelege, dominus Henricus dictus Man, nostri capellani, Halt de Basdow, noster marscalcus, et Johannes de fonte, noster civis antique civitatis Soltwedel, et alii quam plures fide digni. In huius testimonium presens scriptum dedimus nostro sigillo communitum. Datum Soltwedel, Anno domini M°. CCC°. XXIX°. dominico die, quo cantatur letare Jerusalem.

Nach dem Orig. im Salzw. Archiv XVI, 4.

XCVIII. Teſtament von Conrad Brun, vom 17. November 1329.

Nos — Conſules antique civitatis Soltwedel In perpetuam memoriam recognoſcimus — quod diſcretus noſter concivis Conrad Brun, adhuc compos ſui corporis et ſane vite coram nobis conſtitutus, XXV ſolidos, quos comparavit perpetui cenſus de hereditatibus infra ſcriptis videlicet — — — vel de areis dictarum hereditatum ſingulis annis percipiendos conſtituit et ordinavit pro legitimo teſtamento dandos utique ſingulis annis in die ſancti Clementis — in memoriam Hermanni Brun et Methildis ſuorum parentum ac Methildis, quondam ſue uxoris felicis memorie, et Gerthrudis, nunc ſue conthoralis vegetantis, atque ſui ipſius poſtquam deceſſerint Deo diſponente, prout infra continetur, ita ſane, quod quolibet anno in die Clementis Vel feria ſequente honorato viro Domino . . . Prepoſito Soltwedelenſi vel vices eius gerenti II ſol., Capellanis ipſius Prepoſiti tribus III ſol., ſacerdotibus fraternitatis Kalendarum, qui ad eccleſiam ſancte Marie confluent, anniverſarium predictorum celebraturi, qui de veſperè induti ſupelliciis poſita ipſorum fratrum Kalendarum purpura exequiis depictata vigilias ſollempniter decantabunt, de mane ſequentè quisque ipſorum miſſam dicet pro defunctis, Quibus miſſis completis ſacerdos denuo fratrum vel capellanorum prepoſiti cum duobus miniſtris ad altare ſummum procedet miſſam animarum, cui omnes ſacerdotes Kalendarum ſupelliciis induti intererunt, celebraturus, XI ſol. dabuntur, qui exinde vna facient conſolacionem ipſo die, Magiſtro ſcolarum ſolidus et VII ſcolaribus, quos ſcole magiſter ſecum ad vigilias et ad miſſam et ad commendacionem iuxta ſepulchrum ordinabit, II ſol. dabuntur, Cuſtodi vero II ſol. ſuo pro labore pulſacionis et pro lumine, quod ponet illa nocte vtique, quod dicitur nachtlicht apud volgus, erogabuntur. Item pro luminibus Gylde conſulum, que infra vigilias et miſſam ponentur more ſolito exequiarum ardentia, IIII ſol. dabuntur, et cuſtos ſancte Marie predictos XXV ſol. tollèt ſingulis annis de hereditatibus prenotatis ſeu ipſarum areis et diſtribuat prout ſuperius eſt expreſſum. Item ſi fratres Kalendarum — contingeret in poſterum caſſari, extunc ad prelibatas exequias ſeu memoriam peragendam altariſte ſeu ipſorum vicarii altarium infraſcriptorum ſcilicet ſancti Michaelis, ſancti Stephani, ſancti Johannis baptiſte et iterum ſancti Johannis evangeliſte, ſancti Andree, ſancti Jacobi, ſancti Petri, ſante Marie Magdalene, ſancte . . . . ., beati Dionyſii et beati Martini peragere debebunt ſuperius prout eſt expreſſum. Si autem eveniret caſualiter, quod ipſo die ſancti Clementis vel feria ſequente, in quibus memoria prenotata vt premittitur eſt peragenda, divine fuerint ſuſpenſa, tunc cum primo diuina fuerint reuocata, ſepedicta memoria exequiis vigiliarum et miſſe, velo purpure fratrum Kalendarum in medio luminum conſulum explicato, ſollempniter cum commendacione peragetur. Preterea ſi ſacerdotes ad predictam memoriam deputati iudicio noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum indebite peragere vel negligere preſumentur, tunc XXV ſol. predicti voluntati noſtre et ſucceſſorum noſtrorum cedent dandi. Inſuper ſepenominatus Conrad Brun premiſſos XXV ſol. a nobis ad predictam memoriam dandos perpetue amice ab omni lure noſtre ciuitatis liberauit. Vt autem premiſſa omnia et ſingula perpetuam obſervacionem obtineant in convolſe preſentes inde confectas appenſione ſigilli noſtre ciuitatis munivimus lubidinoſe. Datum Anno Domini MCCCXXIX°. feria ſexta infra octauas Martini epiſcopi et confeſſoris.

Aus Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 9.

XCIX. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes incorporiren der Stadt Salzwedel das Dorf Böddenstedt, am 5. April 1330.

Dei gratia Nos Otto, Dux in Bruneswich, antique Marchie Dominus, Ac Agnes, eadem gratia ibidem Ducissa, Tenore presentium recognoscimus publice profitentes, quod nos ducti consilio nostrorum fidelium villam Bodenstede, sitam juxta civitatem nostram Soltwedel, cum omnibus suis bonis sitis in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, piscationibus cum omni iure basso et alto ac omni proprietate et libertate, quibus ipsam dilecti nostri ciues antique ciuitatis Soltwedel hactenus possederunt, incorporamus presentibus seu locamus ciuibus nostris jam dicte ciuitatis Soltwedel temporibus perpetuis absque molestia ad jus ciuitatis pacifice possidendam, ita quod quilibet duo mansi predicte ville Bodenstede pro uno de cetero debebunt computari, et de unoquoque manso sic computato utique in festo beati Martini, de isto anno et annis singulis subsequentibus, prout suetum est fieri de ceteris mansis predicte antique ciuitatis Soltwedel, unus ferto argenti nobis ac nostris successoribus debebit erogari, preter Scultetum qui suos duos mansos, sicuti ceteri Sculteti assolent, liberos possidebit. Vt premissa singula per nos et nostros successores inuiolabiliter perpetuo obseruentur, presentem super ipsis paginam conscribi jussimus, et sigillorum nostrorum appensione lucidius communiri. Datum in castro nostro Tangermunde, anno domini M°. CCC°. XXX., bona quinta feria, presentibus Domino Conrado preposito ibidem in Tangermunde, Borchardo de Bertensleue, Conrado de Osterborch, militibus, Johanne apud fontem, Gherardo Thuriz ciuibus nostris in prenotata antiqua civitate Soltwedel, et aliis multis ydoneis ad hoc pro testibus vocatis.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives III, 17.

C. Conrad Dequede überläßt dem Georgenhospital Pächte aus dem Dorfe Siepe, am 26. April 1330.

Tenore presencium pateat vniuersis, Quod ego Conradus de Dequede, morans in villa dolchov, solempnj vendicionis tytulo rite et rationabiliter vendidj honestis viris domino heysoni de Thuritz ac Wessekino, ciuj in Soltwedel, prouisoribus sancti Georrij, siti foris ciuitatem iam dictam soltwedel, ad manus eiusdem sancti Georrij, dimidium chorum reddituum situm in villa Sypen in curia nunc Wyllekini caluj, hereditarie et pacifice absque omni impeticione, quemadmodum ipsum possedi hucusque, post obitum dilecti mej patris perpetuis temporibus possidendum. Nichilominus eisdem domino heysoni et Wessekino dictum dimidium chorum, ut juris est, debeo debite warandare et in bonum, prout hactenus feci et de cetero mea bona faciam, plene conseruare, quousque ad manus illius predictum dimidium chorum resignauero, cuj antedicti prouisores concorditer mihi dixerint resignandum, per illustres dominum nostrum Ottonem, in Bruneswic ducem, ac agnetem, jbidem ducissam, legitime conferendum. In cujus vendicionis mee et ceterorum premissorum lucidius testimonium et euidenciam clariorem presenti super ipsis conscripte meum sigillum ex mera mea scientia dignum duxi appendendum. Datum anno do-

minj M°. CCC°. XXX°., feria quinta poſt marci ewangeliſte, preſentibus Johanne Bertoldj proconſule, Thybolk Thywytinges, Stephano thuritz, Johanne latekote, ciuibus in ſoltwedel, ac alijs multis ad hoc pro teſtibus vocatis et rogatis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 39, No. 38.

CI. Dieterich, Bernhard und Werner von der Schulenburg verkaufen Hebungen aus Salfeld zu einem Altare in der St. Lorenzkirche zu Salzwedel, am 1. Mai 1330.

Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, milites et germani, dicti de Schulenborch, noſtrique veri heredes uniuerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit cupimus fore notum, quod unanimi voluntate et conſenſu vendidimus juſto venditionis titulo domino Johanni ſacerdoti filio Nicolai de Gorzeke XXX modios ſiliginis pro XVI marcis minus fertone Stendalgenſis argenti in villa Zeluelde ſitos in curia Thebele, cum aduocatia intra ſepes ejusdem curie, cum decima minuta et pullo dicto rochun ac XX denariis cenſualibus ſuisque attinentiis uniuerſis in villa, campis, pratis, aquis, paſcuis, ſiluis, exceptis lignis dictis Heynholt, ad altare ſitum in eccleſia B. Laurentii in Saltwedel ad ſiniſtram manum verſus caſtrum, conſecratum in honorem B. apoſtolorum Petri, Pauli, Jacobi et Mathei, nichil juris nobis et noſtris veris heredibus in predicta curia preter ſolam precariam hereditariam, que ad caſtrum Bezendorp pertinere dignoſcitur, reſeruantes. Proprietatem vero ſuper premiſſis bonis procurabimus de noſtris bonis infra hinc et feſtum Philippi et Jacobi anno reuoluto. In horum autem pacificam poſſeſſionem bonorum Dominum Johannem predictum ſacerdotem ad manus Frederici clerici, filii Bodonis cerdonis, noue ciuitatis Saltwedel ciuis, predicti altaris Vicarii, per Vickonem dictum Broken, noſtrum famulum, noſtra ex vera juſſione fecimus introduci ad uſus ſepedicti altaris temporibus preſentibus et futuris. Quod ſi eorundem bonorum proprietatem infra premiſſum terminum procurare non poſſemus quod abſit, tunc quidquid idem dominus Johannes una cum Bodone prefato, patre Frederici, Vicarii altaris ſepius memorati, vel quibus ipſi commiſerint, ſi medio tempore decederint, ſtatuerunt faciendum integraliter faciemus. In cujus venditionis et emptionis euidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XXX°., in die Philippi et Jacobi apoſtolorum beatorum.

Gercken's Dipl. II., 604—606.

CII. Biſchof Hermann's Ablaßbrief für den Kaland in Salzwedel, vom 25. November 1331.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſentes litteras viſuris uel audituris frater hermannus, dei gratia Belouilonenſis eccleſie epiſcopus, gerens vices in pontificalibus venerabilium virorum dominorum Monaſterienſis et paderbornenſis eccleſiarum epiſcoporum, ſalutem in domino. Quoſlibet Criſti fideles ad zelum deuotionis et ad opera caritatis inuitare cupientes, omnibus vere penitenti-

bus et confeſſis, qui fraternitatem kalendarum, ſacerdotum uel clericorum uel et kalendarum fratrum, qui dicuntur ellende, et fratrum kalendarum ciuium ciuitatis Saldwedelenſis intrauerint uel de eadem deceſſerint, inſuper quicunque Criſti fideles ad ſingula eorum conuenticula ob deuotionem ſuam aduenerint uel eiſdem pias elemoſinas donauerint, quadraginta dies cum vna carena indulgenciarum de ſingulis temporibus de iniunctis penitenciis in domino miſericorditer relaxamus Dummodo ad id dioceſani conſenſus acceſſerit et voluntas. In cujus rei teſtimonium preſentem literam noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXI°., In die beate Katherine virginis et Martiris.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives X, 1.

CIII. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, Herrin der Altmark, verleiht einem Sohne des Schulzen zu Ritz Beſitzungen zu Pollenſe, am 25. November 1332.

Nos Dei gracia Agnes, ducissa in Brunſwich, antique marchie domina, recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod Hinrico, filio ſculteti de Ritze, et Greten, vxori ejus legitime, nec non eorum veris heredibus contulimus et preſentibus conferimus terciam partem duorum manſorum ſitorum in pollenſe cum omni vtilitate, vſufructu, ſiluis, pratis, paſcuis omnibusque ejdem parti pertinentibus, ſicut filii Frederici de Brewitz prius poſſidebant. Huius rei teſtes ſunt dominus bertoldus de Velthem, miles, dominus Detmarus, capellanus noſter, et Johannes prope fontem, ciuis in Soltwedel, quam alii plures fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. XXXII°., in die beate Katerine virginis.

Nach dem Original des Salzw. Archives III, 18.

CIV. Der Rath der Altſtadt Salzwedel nimmt ein Vermächtniß für die Elenden in Empfang das er zu verzinſen verſpricht, am 26. November 1332.

Nos Thydericus bolk, Conradus krun, wolter hartwyci, Thydericus brewytze, helmicus de ſtulpen, Gotfridus Wolderi, Stephanus thuritze, henneke went, hynricus ſteſov, Thydericus thuritze, Tylo meynekens, Bertoldus chuden, Conſules Antique ciuitatis ſoltwedel, recognoſcimus et teſtamur lucide in hiis ſcriptis, Quod cum viginti marcis argenti ſtendalienſis, quas Bertoldus Lucie, quondam noſter conciuis, felicis memorie, in extremis poſitus pro ſalute anime ſue loco elemoſine infirmis legauit et donauit, comparauimus talentum ex duabus bodis, ſitis iuxta hereditatem nunc Gh. thuriz verſus inſtitoria, que dicuntur vulgo kramboden, et talentum ex hereditate nunc hynrici ſchorſtens, et viginti quatuor ſolidos ex inſtitorio, in quo nunc moratur hermannus ſartor, et IIII tam ex hereditate nunc heredum hynrici hermanni, quondam noſtri conciuis clare memorie, denariorum ſoltwedelenſium annis ſingulis nomine cenſus per magiſtros gylde noſtrorum panniſcidarum, quicunque pro tempore fuerint, percipiendorum et ipſis infirmis miniſtrandorum, ita

quod hunc cenſum predictum, qui in ſumma quinque marcarum continetur, redimere poſſint noſtri ſucceſſores conſilio preſidentes, Et quod magiſtri dicte noſtre Gylde prefatum cenſum Annis ſingulis debite extorqueant ipſorum infirmorum vſui et miniſtrent, Ad hoc ipſos Johannes bertoldi uel aliquis ſuorum heredum fideliter debebit exhortari. Cum vero noſtri ſucceſſores in conſilio predictum cenſum redimere decreuerint, tunc pecuniam qua redimitur, commutari debebit in perpetuos redditus in vſum ipſorum infirmorum vtique miniſtrandos. In cujus rei certitudinem pleniorem ſigillum noſtre Ciuitatis huic litere caucius eſt appenſum. Anno domini M°. CCC°. XXXII°., feria VI. infra octauam Cecilie virginis.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 13.

CV. Der Rath der Altſtadt Salzwedel bekundet, daß M. Gebhard von Pruſia zwei Kämpe im Felde Perwer den Vorſtehern des h. Georg vermacht hat, am 8. April 1334.

Nos Johannes Hartwici, Johannes Bartholdi, Conradus Krus, Johannes apud fontem, Gheſu Turitz, Gyſo Steſou, Arnoldus Rüxleve, Hennicke Wenrich, Henricus Dyſtorp, Johannes Mechow, Conſules antique civitatis Soltwedele, recognoſcimus et teſtamur lucide tam preſentibus quam futuris, quod Magiſter Ghevehardus de Pruſia, morans nobiscum in civitate, comparavit duo ſpatia, que vulgo Kämpe dicuntur, ſita in Campo Perwer, a Tylone de Ursleve, noſtro concive, ſuis denariis, ad tempora ſue vite et Gybben, nunc ſue ancille, et Conradi et Gheuehardi, filiorum ipſius Magiſtri Gheuehardi, poſſidenda. Poſtquam vero hi quatuor vitam eorum hic finiverint naturalem prevocati, ex tunc dicta duo ſpatia vendi debebunt, per Proviſores Sancti Georgii, ſiti apud civitatem Soltwedel, quicunque pro tempore fuerint, ad jus civitatis Soltwedele poſſidenda, et pecunia, pro qua vendimus, verti debet in uſum Sancti Georrij antedicti. In cujus etc. Anno Domini 1334, feria ſexta ante Miſericordias Domini.

Beckmann's Beſchreib. a. a. O. Sp. 90.

CVI. Gebrüder von Breſeke bekunden, daß ſie über die Beſitzungen der Gewandſchneidergilde zu Salzwedel in den Dörfern Gardyz und Plothe nur ſo lange ein Schutzrecht haben ſollen, bis die Gilde die Proprietät daran erwirbt, am 18. Februar 1336.

In nomine domini Amen. Nos henninghus, Jacobus, fredericus, Nycolaus, wychardus, fratres, famuli, dicti de Breſeke, tenore preſentium recognoſcimus et teſtamur publice vniuerſis, Quod nos et noſtri heredes legitimi in villa Gardyze duos choros ſiliginis, prouenientes Annis ſingulis ex curia nunc Gherardi de Swechten, chorum ſiliginis prouenientem ex curia Rouers, dimidium chorum ſiliginis prouenientem ex curia ſchulteti in villa plothe, chorum ſiliginis prouenientem ex curia nunc Gherardi de Beſendal, chorum ſiliginis prouenientem ex curia Heynonis de Lenzen, filii walteri krumdal, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, que bona ſunt fratrum

Gylde pannifcidarum in Saltwedel plane cum omni Jure debebimus bona fide in bono conferuare et fine omni impetitione plenarie, tamquam hereditaria noftra bona, quoufque fratres dicte gylde proprietatem dictorum bonorum fuerint confecuti. De hinc quando fratres prefate gylde nos fratres predictos de Brefeke uel noftros heredes legitimos requifitos habuerint, prefatis bonis omnimode renuntiare debebimus, omni contradictione fubtermota. Nam nichil in eifdem bonis penitus iuris habemus, nifi tantum, quod ipfa bona debebimus preplacitare et in bono conferuare, prout fupra continetur. In premiffarum omnium euidenciam clariorem prefentem dedimus literam noftris appendentibus figillis caucius confignatam. Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., In dominica Inuocauit.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 12.

CVII. Henning von Garthow überläßt der Elendengilde in Salzwedel seine lehnsherrlichen Rechte über Hebungen aus Benkendorf, am 20. März 1336.

In nomine domini Amen. Ego Henninghus, famulus, de Gartowe dictus, filius Iohannis quondam militis dicti de Gartowe felicis recordacionis, prefentibus recognofco, quod in prefencia mea conftituti Thydericus, Iohannes, Hynricus, fratres, filii Ghodekyni Godfchalci, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, matura ipforum deliberacione prehabita et vnanimi voluntate ac pleno confenfu omnium eorum fuper hoc requirendorum dimiferunt et refignauerunt difcretis viris Henneken Brunefwick, Iohannes Zelzyngh, Thyderico Brewyzt, Iohanni Clot, illius anni tutoribus congregationis dicte Elendenghilde, atque Vefoni Lydderus, Stephano Thuritzen, Henneken Wenth, Helmerico de Stulpen, Philippo piftori, Tyloni de Vrsleue, ciuibus in Soltwedel, ad manus predicte congregacionis in curia Gherardi de Lyften, fita in villa Bennekendorp, XXX modios filiginis et duos pullos annis fingulis percipiendos, cum omni iure fupremo et infimo, aduocacia, cum omnibus attinenciis, cuiuscunque condicionis fuerint, etiam cum iure infra fepes ipfius curie, Quam quidem curiam feu redditus predicti filii Godekyni Godfcalci a me hactenus iufto pheodo habuerunt. Infuper ego Henninghus predictus famulus profiteor manifefte, quod dictis tutoribus dicte congregacionis et eorum fociis pronotatis dimifi ac prefentibus dimitto ius pheodale fuper dictos redditus et curiam ad vfum fepe dicte congregacionis perpetue poffidendum, nihil penitus referuans et meis heredibus veris in iam dicto iure pheodali. Ipfis etiam volo et debeo huiusmodi iuris pheodalis, prout iure eft cautum, plenam warandyam miniftrare, Ita fi aliquis in pofterum predictum ius pheodale impecierit quoquo modo, hoc fimpliciter ego Henninghus, prenotatus famulus, meis laboribus pariter et expenfis propriis debebo disbrigare, quod promitto per prefentes. In cuius rei lucens teftimonium figillum mei patris fupradicti, quo frequencius vtor, tanquam proprio, prefentibus eft appenfum. Anno domini M. CCC. XXXVI., Feria quarta feptimane dominice paffionis.

Nach dem Originale im Salzw. Archive XII, 21.

CVIII. Henning von Garthow läßt dem Herzog Otto von Braunſchweig die an die Elendengilde in Salzwedel veräußerten Hebungen aus Benkendorf auf, am 26. März 1336.

Ego henninghus de Chartowe, filius domini Johannis militis de Chartowe, famulus, preſentibus recognoſco, quod diſcretis viris Brunſwickoni, Selcingo, Tyderico brewitzen, Johanni klot, tunc temporis Tutoribus congregacionis dicte Elendegylde, nec non Veſoni Lidderus, Stephano turiczen, Johanni dicto went, Helmico de ſtolpen, phylippo piſtori, Tydekino vrsleue, ciuibus in Soltwedel, vendidi et dimiſi rationabiliter jus pheodale ſuper XXX modios ſiliginis et ſuper duos pullos in Curia gherardy de Lyſten, ſita in villa Benekendorpe, cum omni Jure, ſupremo et infimo, et aduocacia infra ſepta curie predicte ad manus congregationis ſcilicet Elendegylde prenarrate, quod eciam Jus pheodale, per me voluntarie, ut premiſſum eſt venditum, Illuſtri principi, Domino Ottoni, duci Brunſwicenſi, per Tydericum Brewitzen, Johannem prope fontem ac veſonem ledderus et per Conradum godeſcalci, Ciues in Soltwedel, reſigno et preſentibus offero et tranſmitto ad manus ſupradicte congregationis, videlicet Elendegylde conferendum. In ſignum autem premiſſorum Sigillum mei patris domini Johannis de Chartowe, militis, quo vtor pro proprio ſigillo, preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M° CCC° XXXVI°, feria III^a^ poſt feſtum Palmarum.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XII, 22.

CIX. Heinrich von Chyden, Propſt zu Salzwedel, entſcheidet einen Streit des Capellan Gebhard in der Marienkirche und des Schulzen Hennekin in Prißer über Pächte aus dieſem Dorfe, am 21. Juli 1337.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiuſdem M°. CCC°. XXXVII°., In die praxedis virginis, Conparentibus coram nobis hinrico, dicto de Chyden, Officiali prepoſiture Soltwedelenſis, Geuehardo, Cappellano perpetuo altaris exulantium, ſiti in eccleſia ſancte Marie in ſoltwedel, In honore eiusdem ſancte Marie et XI milium virginum conſecrati, preſbitero, parte ex una, et hennekino, ſculteto de villa priſcyr, parte ex altera, dictus dominus Geuehardus In iudicio propoſuit, Quod ſcultetus predictus quedam placita inter ipſos ante triennium bono animo mediantibus viris diſcretis placitata et hactenus obſeruata infringere ſibi contra Juſticiam niteretur, dicens coram In iudicio idem dominus Geuehardus, quod haberet curiam in villa pryſcir ſpectantem ad altare ſuum, quod dicitur exulancium, ſcilicet elende, cum omnibus ſuis attinentiis ac omni Jure ſupremo et infimo, aduocatia et cum Jure pheodali, Que daret annis ſingulis XXIX modios ſiliginis, ex qua curia idem ſchultetus licet confuſo modo et inepto voluit ſingulis annis I chorum ſiliginis percipere ſeu habere, quod contradicebat dominus Geuehardus ſupradictus. Habita ergo ſic longo opere diſſencione inter eos, ſchultetus deſiderabat dictam curiam emere avunculo ſuo, ſcilicet Ermberto, filio ſue ſororis, dummodo antedictus Geuehardus III modios Siliginis a ſupradictis XXIX modiis perpetuo dimittere vellet. Ipſe tamen dominus Geuehardus hoc facere ſimpliciter denegauit, Quia ſuum pachtum nolebat minui ſeu minorari. Tandem per ſchultetum per-

ſonaliter et viros prouidos ex parte ſchulteti ad placita rogatos, ſcilicet thidekinum Rybowen et Godekinum ſuos conuillanos necnon per diſcretos viros ſtephanum thuriſten, Weſſekinum, Johannem Went, Johannem Clot, ciues in ſoltwedel medium inueniebatur ad componendam diſſencionem ſupradictam, videlicet quod ſcultetus coram predictis bona voluntate arbitris, Quod nichil amplius uellet aut deberet petere et habere in ſepedicta curia ſed ſororio . . . . . curiam manſo dicto pytterhuue ſuum pachtum annuatim per ſe acquirere uellet. Quod audiens dominus Geuehardus conſilio ſuorum patronorum vtens et III modios ſiliginis ſecundum deſiderium ſchulteti prefati perpetuo a curia tunc dimiſit. Qui ſchultetus ſtatim intromiſit ſe de dicto manſo pytterhuue colendo perpetuo pro ſuo pachto. Quo vero habito et culto per longum tempus, Quaſi ad triennium, idem ſchultetus eundem manſum relinquere volebat et ex curia domini Geuehardi ſpectante ad altare ſuum volens contra Juſticiam ſuum pachtum poſtulare et habere. Sic dominus Geuehardus ſepedictus ſchulteto citato ad noſtri officii prenarrati preſenciam de omnibus ordinatis et placitatis, ſicuti res geſta fuit, receptis ſuper hoc teſtibus et eorum dictis auditis et in iudicio examinatis, eundem ſcultetum plenarie conuicit, ordine Judiciario in omnibus obſeruato, preſentibus diſcretis viris Gerardo de mechowe, hermanno de lenegowe, Bertoldo plebano in ymmekote, Johanne, plebano in brewitze, ſacerdotibus, thiderico de brewitze, ſtephano de thuriſce, Thiderico urſleue, heinrico de ſtolpen, Johanne went, Johanne Clot, thiderico doliatore, hermanno cyher, hermanno de Gardiſce, Cunrado Godſchalci, ciuibus in ſaltwedel, ad hec in teſtimonium vocatis et rogatis. Vnde nos hinricus officialis prenarratus ipſi ſchulteto in iure tunc conuicto inhibuimus et preſentibus inhibemus per excommunicacionis ſententiam, ne amplius dominum Geuehardum vel ſuum ſucceſſorem in dicta curia ſeu bonis eiuſdem curie per ſe uel ſuos heredes ſiue ſucceſſores quoſcunque moleſtare preſumat ſub euitacione ſentencie excommunicacionis predicte. Acta et data ſunt hec Anno et die quo ut ſupra. In quorum euidenciam ſigillum Judicii prepoſiture ſoltwedelenſis preſentibus eſt appenſum.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 12, No. 23.

CX. Markgraf Ludwig verſtattet den Auguſtiner-Brüdern in der Stadt Salzwedel einen neuen Convent zu errichten, am 29. Juli 1337.

Lodowicus etc. Vniuerſis preſencia uiſuris ſalutem in domino. Quoniam teſtante apoſtolo, qui parce ſeminat parce etiam metet et qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus etiam metet vitam eternam. Nos igitur ob ſpem remuneracionis eterne animeque noſtre necnon progenitorum heredumque noſtrorum animarum ſalutem diuini cultum officii in terrarum noſtrarum dominio ampliare ſalubriter cupientes, pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris Religioſis viris fratribus ordinis Heremitarum ſancti auguſtini concedimus licenciam et aſſenſum, ut in opido noſtro ſaltwedel in ſitu et area ipſis competenti, prout eam poterunt comparare, nouam domum ſeu conuentum predicti ordinis recipere et conſtruere valeant ibique libere hereditare (habitare?) vtentes quem admodum in aliis ciuitatibus vel opidis, in quibus habitant dicti fratres, omnibus graciis et priuilegiis ac immunitatibus, tam a ſede apoſtolica quam principibus eiſdem fratribus indultis pariter

et conſwetis. Datum Jericho, Anno domini M°. CCC°. XXXVII°. feria III^a. poſt diem beati Jacobi apoſtoli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LVIII. — In Ludewig Reliqu. VII, 49 fehlerhaft mit der Jahreszahl 1336.

CXI. Herzog Otto von Braunſchweig vereignet dem Altar Simonis und Judä in der Catharinenkirche zu Salzwedel Hebungen aus Putlenz, am 21. September 1337.

Dei gracia Otto, Dux in Brunſwich, omnibus in perpetuum. Ne decurſus temporis ea que in ipſo aguntur obliuioni tradat, veneranda adinuenit antiquitas ipſa in ſcripta redigi autentica et eorum teſtimonio perhennari. Ideo ad noticiam vniuerſorum cupimus peruenire, quod Hermannus et Harnidus, fratres, dicti Puzladeker, Gertrudis ſoror eorundem nec non Henricus de Kemnitz penſionem vnius marce argenti Stendaligenſis dandam et ſoluendam annis ſingulis in quolibet die beati Martini Epiſcopi de quatuor manſis ſitis in campis ville Putlentze nobis ad manus altaris beatorum apoſtolorum Symonis et Jude, ſiti in eccleſia beate Catharine noue ciuitatis Soltwedel libere et voluntarie reſignarunt cum inſtancia ſupplicantes, vt iam dictam penſionem altari predicto appropriare dignaremur et vnire. Nos igitur habentes proprietatem predicte penſionis in manibus noſtris eandem penſionem cum omni iure vtilitate et proprietate ad peticiones predictorum et in honorem omnipotentis dei et glorioſe matris eius Marie virginis et apoſtolorum predictorum ob remediumque anime noſtre et animarum parentum noſtrorum predicto altari appropriamus preſentibus et vnimus, renunciantes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, quod nobis in predicta penſione competiuit ſeu competere poſſet aliqualiter in futurum. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam huius rei ſunt ſtrenui viri Guncelinus de Berthensleue ſenior, Johannes de Ampeleue, Conradus de Roſtorp, Ludegerus, dapifer, milites fideles noſtri, nec non Johannes de Bruneſuich, Johannes de Rekelinghe, Nicolaus dictus Verwere, opidani noſtri noue ciuitatis Soltwedel predicte, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Mathei apoſtoli et euangeliſte.

Gercken's Fragm. III, 145, 146.

Nouerint vniuersi, ad quos presentes pervenerint, quod Nos thomas, Prepositus Canonicorum Regularium Monasterii sancti Spiritus extra muros civitatis Soltwedel, Discretos viros Coppe Brunow, Köne Brewitz, Thidericum Gartze, Fredericum Krichellendorpe, nec non Cunradum fratrem ejus, ciues ciuitatis predicte, excommunicatos causa Spolii, ad instantiam discreti viri, Domini Hermanni Rectoris Parochialis ecclesie in Crummasele, de mandato venerabilis in Christo patris ac domini, domini Hinrici, Verdensis ecclesie episcopi, autoritate nobis in hac parte commissa, absolvimus per manus impositionem a sententia excommunicationis, lata contra eosdem, injuncta sibi penitentia pro modo culpe salutari. Presentibus discretis viris, Domino Bertoldo Vicken, Vicko Rademyn, nec non pluribus fide dignis. In cuius evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Anno Domini MCCCLXXV, die beate virginis Juliane.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XXXV, 32.

CCXXX. Heinrich, Bischof von Verden, gewährt dem Kalande zu Salzwedel einen Ablaß, am 16. August 1376.

Hinricus, dei gratia Episcopus Verdensis, universis Christi fidelibus et specialiter in oppido Soltwedele, nostre diocesis, constitutis salutem et fructuosam in domino caritatem. Ex parte fratrum Kalendarum Beate Marie virginis in dicto oppido Saltwedele oblata nobis petitio continebat, quatenus cum ipsi de eorum fraternitate pauperes peregrinos clericos recolligere et eos infirmantes reficere ac eorum decedentium fratrumque ipsius fraternitatis singulis annis aliquotiens memoriam agere et alia misericordie opera conceperint exercere, nos hujusmodi fraternitatem tamque bonam laudabilem et deuotam nostra ordinaria auctoritate approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur existimantes deo nos gratum exhibere obsequium, si ea, que ad misericordie opera extendere tendunt dirigimus et totiens nos mer . . . . . quotiens ad eorum exercitum Christi fidelium animos excitamus, fraternitatem ipsam tamque deificam salubrem a radice caritatis procedentem ac eterne vite . . . . laudamus, approbamus et dicta nostra auctoritate confirmamus, Dotantes etiam eandem nostrarum indulgentiarum muneribus allectiuis. Quocirca omnes et singulos Christi fideles hortamur in domino, ut de bonis a Deo sibi collatis ad hujusmodi pietatis opera grata subsidia et elemosynas studeant erogare et divinum officium, quod dictorum fratrum congregatione forsan celebrabitur, deuota frequentatione venerari. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus ac nostra memorata auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad hec manus porrexerint adjutrices aut qui eorum solemnitatibus seu congregationi in vigiliis et missis interfuerint, cuilibet totiens quotiens id fecerint, de vigiliis et de qualibet missa, que per quempiam dictorum fratrum tunc cantabitur vel legetur, XL dies indulgentiarum

de injunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus. Actum et Datum Luneburch, Anno M°. CCC°. LXXVI°., in crastino assumptionis beate Marie virginis, sub nostro sigillo presentibus impenso, in testimonium premissorum.

Gercken's Fragm. V, 35, 36.

CCXXXI. Johann Tebelke, Pfarrer in Kusten, bekennt, von einigen Salzwedelschen Bürgern wegen des von ihnen verübten Spoliums befriedigt zu sein, am 13. Juni 1377.

Ego Johannes, dictus tebelke, Rector ecclesie in kusten, Recognosco presentium tenore protestando, quod super amicabili conpositione, per abitros ordinata inter me et coppekinum brunowen, conradum brewicze, ermbertum et quosdam alios ciues in soltwedele ratione cuiusdam litis et controuersie, mote inter nos occasione spolij et violencie mihi et ecclesie mee facte, dominus bertoldus antique ciuitatis et tidericus stolteman, noue soltwedel consulum notarii, XXV marcas lubicenses mihi in domo nycolai bungken in luchowe integraliter persoluerunt, alias persoluendas in ciuitate lubicensi, prout in instrumento, super hujusmodi compositione facienda super pronunciationem arbitrorum conscripto, plenius continetur, vnde dicte pecunie persolutionem mihi factam ratam tenens predictos ciues et alios ciues in causam citatos soltwedel liberos ab infestatione et impeticione facta uel facienda ratione hujusmodi spolij et violencia dimitto, nec volo huiusmodi causam amplius suscitare quouis modo. Et ego nicolaus bungken, opidanus in luchowe, bona fide promitto vna cum predicto domino Johanne omnia premissa firma inviolabiliter obseruari. In euidens testimonium et robur premissorum sigillum utriusque nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M°. CCC°. LXXVII°., Sabbato ante diem sancti vitj, presentibus discretis viris hermanno wolter et hinrico sculteti, opidanis in luchowe testibus ad premissa.

Nach dem Originale im Archive der Stadt Salzwedel, Fach 21, No 27.

CCXXXII. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Dotation des Altares Simonis und Judä in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 12. Januar 1378.

Hinricus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus verdensis, vniuersis et singulis presentem cartulam visuris seu audituris Salutem in domino caritatem. Ea que ad laudem omnipotentis dei et cultus eius augmentum prouide defacto nouimus, ut firma et stabilia maneant, nostre pontificalis autoritatis presidio quod expedit communimus. Igitur erectionem et fundationem altaris Symonis et iude in ecclesia beate katherine virginis noui opidi Soltwedel et dotationem eiusdem cum bonis infrascriptis videlicet in villa Ctzerowe II choros siliginis ab omnibus villanis ibidem de quinque mansis annuatim erogandos, in villa ricze III choros siliginis cum dimidia marca brandenb. argenti ex curia henninck drewes annuatim erogandos, VIII sol. perpetui census

in domibus Johannis amborn et arnoldi lantmans in nouo opido ſoltwedel et I marcam brandeburgenſis argenti in rure putlencze de IIII^{or} manſis annuatim in feſto martini erogandam, cum domo ſita in nouo opido predicto prope domum Johannis gulleueldes in parte ſeptentrionali, per diſcretum virum dominum wernerum de chuden pie memorie factas, ritas et laudabiles approbamus et in nomine domini in huius ſcripture auctoritate noſtra ordinaria confirmamus. Jus patronatus vero ſev ius preſentandi ydoneam perſonam ad beneficium dicti altaris iuxta diſpoſitionem dicti fundatoris apud honeſtos viros ac multum diſcretos Conſules Noue Ciuitatis Soltwedel diſcernimus perpetue permanere. Datum et actum Soltwedel, Anno domini M°. CCC°. LXXVIII°., duodecima menſis Januarij, noſtro ſub Sigillo.

Nach dem Originale aus dem Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 32, No. 9.

CCXXXIII. Das Kloſter Iſenhagen verkauft Hebungen aus Dörfern in der Nähe von Salzwedel an den Rath der Altſtadt zur Ausſtattung eines von dieſem gegründeten geiſtlichen Lehnes, am 26. November 1378.

Coram uniuerſis et ſingulis, quorum intereſt et quorum intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Nos Hermannus dictus de veltym, prepoſitus, Mechtildis dicta flengherduz, abbatiſſa, Hildegundis dicta de Remſtede, Prioriſſa, totusque conuentus ancillarum Criſti monaſterii Beate Marie virginis in Yſenhagen, ordinis Cyſtertienſis, Hyldenſemenſis dioceſis, euidenter recognoſcentes proteſtamur per preſentes, Quod nos capitulariter congregati, matura deliberatione unanimi conſilio concordi conſenſu ac plena voluntate omnium ad hoc jure requirendorum prehabitis, vendidimus et dimiſimus, nec non vendimus et dimittimus rite per preſentes ac rationabiliter, juſto ac perpetuo venditionis tytulo, honorabilibus et ſollertibus viris, dominis conſulibus antique civitatis Soltwedele ad vſus cujusdam beneficii, per eos de nouo fundandi in honorem omnipotentis dei ſueque genitricis Marie et omnium Sanctorum, in ſalutem et ſuffragium pie memorie videlicet Gherardi, dicti de Lüghe, et domine Kyne, felicis recordationis ſue conthoralis, et eorum parentum omniumque Criſti fidelium animarum remedium ſingulare, vnum integrum chorum ſiliginis ac XVIII modios ſiliginis annuorum et perpetuorum reddituum cum omni jure et proprietate, ſcilicet vnum chorum ſiliginis in villa Lübaz in curia nunc Arnoldi dicti Cowlize, et XVIII modios ſiliginis in villa dicta Bynda, in curia nunc Hennekini Cyrowen, ex eisdem curiis ſingulis annis prouido viro domino Bartoldo Boden presbytero, nunc dicte civitatis Soltwedele notario, cui per dictos dominos conſules prefatum Beneficium collatum fore ſcitur, ac ipſius domini Bartoldi in ipſo dicto beneficio in ſempiternum ſucceſſoribus, quibus idem beneficium per predictos dominos conſules cum vacauerit collatum fuerit, integre perſoluendos, ac per eundem dominum Bartoldum et ejus ſucceſſores quolibet anno, prout nos hucusque habuimus, ſubleuandos et percipiendos plenarie cum effectu, pro LXIII marcis denariorum Lubecenſis monete, nobis in paratis denariis per ſupradictos dominos conſules perſolutis, et per nos ad vſum dicti noſtri monaſterii in alios annuales redditus, videlicet nobis in confinio adjacentes et dicto noſtro monaſterio magis competentes, commutatis et conuerſis. Renunciantes pro nobis et pro monaſterii noſtri omni-

bus ſucceſſoribus quomodolibet in futurum omni juri, proprietati, libertati, poſſeſſioni ac omnibus aliis pertinentiis, quas huc uſque in prefatis bonis habuimus, et predictum dominum Bartoldum, nec non ſuos ſucceſſores in dictorum bonorum corporalem poſſeſſionem admittimus et admiſſum ſeu admiſſos preſentibus proteſtamur. Inſuper recognoſcimus per preſentes proteſtantes, ſi nunc vel in futurum aliquale vexationis vel impetitionis obſtaculum in poſſeſſione ſiue perceptione predictorum reddituum domino Bartoldo vel ejus ſucceſſoribus occaſione quacunque motum fuerit, quotiescunque et quando hoc nobis literaliter vel oretenus notificatum fuerit, ex tunc immediate poſt hoc ſine dilatione prefatum dominum Bartoldum et ſimiliter ſuos ſucceſſores ab huiusmodi impetitione ac impedimento quitare, ſaluare et indempnes tenere, debemus, volumus et de facto promittimus per preſentes ſub noſtris propriis laboribus et expenſis, quando et vbi fuerit oportunum. Hec omnia et ſingula premiſſa nos dicti Prepoſitus, abbatiſſa, prioriſſa totusque conuentus dicti monaſterii in Yſenhagen fideliter promittimus obſeruare dictis dominis conſulibus in Soltwedele, nec non dicto domino Bartoldo et ſuis ſucceſſoribus plenarie cum effectu ſine omni colore fraudis et materia inmutandi. Preterea etiam predictorum reddituum ſeu bonorum, a nobis ut premittitur pretextu prefate venditionis reſignatorum, renunciatorum ac a nobis dimiſſorum, prefatis dominis conſulibus nec non ipſi domino Bartoldo ſuisque ſucceſſoribus veram juſtam ac realem warandiam facimus, ac ipſos warandamus ac warandatos eſſe volumus per nos et noſtros ſucceſſores nullo fraudis ſcrupulo admixto, ſicut de jure debemus et tenemur. In cujus rei teſtimonium et euidentiam clariorem noſtra ſigilla ſunt — appenſa huic ſcripto preſentibus honeſtis et diſcretis viris D. Johanne de Boek prepoſito in Dambeck, D. Martino de Arntſee, D. Bartoldo Thuriz et D. Hinrico Magni, altariſtis in eccleſia S. Marie virginis in Soltwedele antedicta, D. Rudolfo Rotterinck, D. Mathia de Oſterborch, D. Henrico Winterfeld presbyteris, nec non Hojero de Chüden, Henrico Wyſteden, Johanne Lüghen, Johanne de Chuden, ac Alberto nec non Vickone fratribus dictis Boden, civibus in Soltwedele ſepe dicta, cum pluribus aliis fide dignis ad hoc pro teſtibus vocatis ſpecialiter et rogatis. Datum anno domini M°. CCC°. LXXVIII°., feria ſexta poſt feſtum ſancte Elyſabeth vidue glorioſe.

Nach dem Originale des Salzw. Archives.

CCXXXIV. Gebrüder Hartwig verkaufen die Herrenwieſe auf Saalfeld an das Kloſter zum heil. Geiſt zu Salzwedel, am 15. Juni 1379.

Wy Beteke, Hoyer vnde Woltere, brodere, Hanſes Hardewyghes ſone — Borghere to Soltwedele, Bekennen — dat wy hebben vorkofft vnde laten — vor XXX lubeſche mark — Den gheſteleken luden, deme proueſte vnde deme ghantze conuente to dem hilghen gheſte vor Soltwedele eyne wyſch to Celuelde, de ghenant is de herenwyſch, ewelken to beſyttende vnde to hebbende myd alme rechte vnde tobehorynghe, alſo wy de hebben ghehad — vredelken wente an deſſe tyd, vnde de vorbenomede wyſch lecht by der mollen to olden

Soltwedele. — — — Gheuen — drytteynhundert Jar, an deme neghenénſoueſtigeſtigen Jahre, In ſunte vites daghe.

Danneils Kirchengeſch. d. St. Salzwedel, S. 17 mit der Anmerkung: Der Bruder der genannten Verkäufer überließ 1484 ſeinen Antheil an der Herrenwieſe ebenfalls dem Kloſter und ſtellte darüber eine beſondere Urkunde aus, die der vorſtehenden ziemlich gleichlautend iſt. Schon früher hatte der Vater des Hans Hartwig mehrere Güter in Celuelde (Saalfeld) dem Kloſter überlaſſen, was aus einer Urkunde im Copialbuche erhellet, nach welcher Markgraf Ludwig der Römer ſich des Rechts als Lehnsherr derſelben gänzlich zu Gunſten des Kloſters begiebt. Es kommt unter den namhaft gemachten Gütern auch eine Rohrwieſe vor. Die Urkunde iſt von 1355 aus Tangermünde.

CCXXXV. Markgraf Siegmund beſtätigt der Stadt Salzwedel ihre Rechte und Freiheiten, am 17. März 1379.

Wy Sigmund, van godes genaden marggreue to Brandenborgh, bekennen vnde bethugen openbar mit deſſen bryue, dat wy vnſen borgheren to Soltwedel, dy nu ſin vnde noch tokomende ſin, beueſtet vnde beſtetiget haben, beueſten vnde beſtetigen en mit deſſen brife alle ere Vryheyt, alle ere Rechticheyt vnde alle olde Wonheyt, vnde willen en dy mehren vnde beteren, vnde nicht minneren edder krenken. Vnde willen vnde ſchun ſie laten vnd behalden by allen rechte, by Eren vnd by gnaden, dar ſie in vorgannen tyden by ſin gheweſen. Ock wil wy vnd ſchun em halden alle ere brife, dy ſie hebben van Vorſten vnde Vorſtinen, vnde willen vnde ſchun ſie ſunder allerleye hinderniſſe laten vnd behalden mit aller genade, mit aller vryheit, by allen eren Lenen, Eruen vnd Eygen, alſe ſie dat vor hebben gehad vnde beſeten. Ock ſo wille wy vnde ſchun Riddern, Knapen, Borgheren, Buren vnde allen lüden gemeynleken beide, gheiſtleken vnde werleken, halden alle ere brife, vnde willen vnde ſchun ſie by allen Rechten, Vryheiten vnde Genaden laten, vnde gheuen en des to orkunde deſſen brif, beſegelt met vnſeme groten Ingeſegele, dy gegeuen is to Soltwedel, na Godes bort duſent Jar drihundert Jar, darna in deme neghene vnde ſeuenthegſten Jare, des Donredages vor Mituaſten.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives I, 18.

Damit ſtimmt eine beſondere, am Tage der h. Jungfrau Gertraud, alſo ebenfalls am 17. März, der Neuſtadt ertheilte Beſtätigung überein.

CCXXXVI. Pfarrer Johann Swaef zu Plathe verkauft eine Zinshebung aus der Altstadt Salzwedel an einen Bürger daselbst, am 29. August 1379.

Wytlik sy alle den, de dessen bref seen edder horen lesen, dat ik her Johan Swaef, perner to plote, hebbe vorkoft vnnd ghelaten vnnd late vnnd vorkope myt vulbord myner rechten erben, deme bescheydene manne Hanse van deme Have, borghere to Soltwedele, vnnd synen rechten erben achte schillinge soltwedelsche penninge eweghes tynses In ebelen mestmakers huse in der olden stat to soltwedele, de my gheerbet sint van myner muder, Sunder jengherleyge ansprake alle iare vredesamechlike vp to nemende. Tughe desser ding sint her Hinrik pertze vnnd her Hinrik moyghele, pristere, vnnd ander ghude lude. To einer bekantnysse hebbe ik myn Ingheseghele hengen laten an dessen bref, de gheuen is na godes bord drutteynhundert Jare, In deme neghen vnnd seuendeghesten Jare, In Sunte Johannis daghe, alse em syn houed ward af gheslaghen.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XXXIX, 4.

CCXXXVII. Werner, Abt des Michaeliskloſters in Lüneburg, überweiſet auf Befehl Papſt Urban's VI. das Patronat über die Katharinenkirche in der Neuſtadt Salzwedel und über den Altar Matthiä in derſelben Kirche dem Kloſter zum heil. Geiſt vor Salzwedel, am 7. Auguſt 1380.

Vniuersis — Wernerus — Abbas monasterii sancti Michaelis in Luneborch — — — ad infrascripta Commissarius — caritatem —. Literas — Urbani — Pape sexti — pro parte prepositi et conuentus monasterii sancti Spiritus extra muros Soltwedel per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini — nobis presentatas cum ea qua decuit reuerentia recepimus in hec verba:

Vrbanus, episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Abbati Monasterii sancti Michaelis in Luneborch — — salutem —. Sacre religionis, sub qua dilecti filii prepositus et conuentus monasterii sancti Spiritus extra muros Soltwedel per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini Verdensis diocesis deuotum et cedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honestas, vt vobis eorum illis presertim, per que predicti monasterii vtilitas procuratur, fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ipsorum prepositi et Conuentus peticio continebat, quod cum olim predictum Monasterium propter gwerras et incendia ad tantam inopiam deveniſſet, quod persone inibi degentes sustentari nequibant, nec aliqua hospitalitas ibidem servari poterat, Marchiones Brandenburgenses, qui tunc erant et quorum dominio temporali prefatum Monasterium erat situm, attendentes huiusmodi paupertatem dicti Monasterii pro animarum suarum salute jus patronatus parochialis ecclesie sancte Katherine in nouo opido Soltwedele dicte diocesis, cuius quidem ecclesie iidem Marchiones veri patroni existebant, Et quidam alii Cristi fideles veri patroni Altaris sancti Mathie, siti in eadem ecclesia, jus patronatus ipsius altaris ad eos pertinens, predicto

Monaſterio liberaliter donauerunt quodque poſtmodum loci dyoceſanus huiusmodi donaciones approbando Eccleſiam et Altare predicta, quorum fructus, redditus et prouentus ſexaginta florenorum auri ſecundum conuentus eſtimacionem valorem annuum ut aſſeritur non excedunt, ex iuſtis et racionabilibus cauſis Monaſterio auctoritate ordinaria canonice vniuit et incorporauit, Et quod deinde predicti prepoſitus et Conuentus vigore vnionis et incorporacionis huiusmodi eccleſiam et Altare predicta fuerunt pacifice aſſecuti Illaque in proprios vſus per triginta annos et amplius tenuerunt et poſſederunt, prout tenent et poſſident pacifice et quiete; Quare pro parte ipſorum prepoſiti et Conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vniones et incorporationes huiusmodi confirmare ex certa ſciencia et omnem defectum ſi quis forſan interuenerit in eisdem ſupplere de ſpeciali gracia dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicacionibus inclinati diſcrecioni tue, de qua ſpecialem in domino fiduciam obtinemus, per apoſtolica ſcripta committimus et mandamus quatenus ſi vocatis qui fuerint evocandi tibi conſtiterit, quod prepoſitus et Conuentus predicti Eccleſiam et Altare prefata vigore huiusmodi vnionum et incorporacionum per Triginta annos poſſederunt, vt prefertur, vniones et incorporaciones easdem auctoritate apoſtolica confirmare procures, ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem. Datum Rome apud ſct. Petrum, VI Kal. Martii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quibus literis receptis et lectis pro parte ipſorum prepoſiti et Conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus poſtquam de nobis in ipſis literis iniunctis et commiſſis legitime eſſemus informati ad executionem eorum, que nobis in ipſis literis committuntur, procedere dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicacionibus merito annuentes, Quia literis autenticis Illuſtris Domine Agnetis, Duciſſe Brunswicenſis, quondam conthoralis Illuſtris principis Woldemari, Marchionis Brandeburgenſis, principaliter et Illuſtrium Ottonis, Ducis Brunſwicenſis, Lodowici, Lodowici Romani et Ottonis, Marchionum Brandeburgenſium, conſequenter verorum patronorum eccleſie parochialis ſancte Katherine in nouo opido Soltwedele, ius patronatus ipſius eccleſie Et Lamberti dicti Perſeuale, Ghertrudis ſororis ipſius et Thiderici dicti Portes, verorum patronorum Altaris ſancti Matthie in ipſa eccleſia ſancte Katherine ſiti, ipſorum veris ſigillis ſigillatis ius patronatus ipſius Altaris predicto Monaſterio liberaliter donata didicimus, Quodque pie recordacionis Nicolaus et Daniel, Epiſcopi olim Verdenſes, huiusmodi iurium patronatus Eccleſie videlicet et Altaris donaciones ad ipſorum prepoſiti et Conuentus ſuſtentacionem pie factas tanquam racionabiles auctoritate ordinaria approbauerunt et confirmauerunt — — Et quod deinde — prepoſitus et Conuentus vigore donacionum iuris patronatus ac approbacionum et confirmacionum huiusmodi Eccleſiam et Altare — fuerunt pacifice aſſecuti, illaque in proprios vſus per triginta annos et amplius tenuerunt et poſſederunt — — Et per ſuos Canonicos rexerunt — prout de hiis per ydoneos teſtes annoſos et ſufficientes nobis eſt facta plena fides; — (Es folgt die sehr wortreiche Bestätigungsformel) —. Datum et actum Luneborch — Anno — Milleſimo CCC°. octuageſimo, indictione tercia, Menſis Auguſti die ſeptima, hora veſperorum uel quaſi, pontificatus — — Vrbani — Pape ſexti anno tertio, preſentibus honorabilibus et diſcretis viris Dominis Johanne Hozeringh Canonico eccleſie Bardewicenſis, nec non Magiſtris Johanne de Bucken in Berghen Mindenſis, et Hinrico Thuritze in Yerke Verdenſis dyoceſis eccleſiarum parochialium Rectoribus, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis. (Es folgt noch ein besonderer umständlicher Notariats-Vermerk.)

Aus Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 17.

CCXXXVIII. Johann Swaef bezeugt, daß sein gleichnamiger Vetter eine Zinshebung in Salzwedel veräußert habe, am 28. Dezember 1380.

Ik Hans ſwaef bekenne vnd Betughe openbar in deſme breue, dat ik dar minen willen vnd gantzen volbord hebbe to ghegheuen, dat her Johan ſwaef, myn vedder, dem god gnedich ſy, heft vorkoft hanſe van me houe achte ſchilling gheldes in ebelen meſtmekers boden bynnen ſoltwedel. Des to ener witſcop ſo hebbe ik myn inghezeghele mit willen ghehenget an deſſen breff, de gheuen is Na godes bord dritteynhundert Jaar In dem achtentechſten iare, des vridaghes negheſt na des hilghen kerſtes daghe.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XXXIX, 5.

CCXXXIX. Herzog Albrecht von Sachſen-Lüneburg bittet den Rath zu Salzwedel, die ihm ſchuldigen 50 Mark Silber an die von Marenholz zu zahlen, am 25. März 1381.

We Albrecht, van godes gnaden hertoghe to Saſſen vnde to Luneborch, Erbeden den Erlyken wyſen luden den Borgermeyſteren vnde Radmannen der Stad to Soltwedele vnſe ghunſt vnde guden wyllen, leuen vründe, we bidden Jw vruntlyken alſe vmme de veſtich mark brandeborgheſſches ſiluers, de gi vns nu vppe ſunte Michaelis dach geuen ſcolen, dat gi de ſuluen veſtich mark brandeborgheſches ſiluers van vnſer weghene gheuen vnde betalen Euerde vnde Corde van Marnholte. Wanne gi dat gedan hebben, ſo ſegge we vnde laten Jw der quid, ledich vnde loes in deſſeme yegenwardygen vnſeme breue. Des to Orkunde vnde to merer bekantnyſſe hebbe we vnſe Ingeſegel laten drucken to ruggehalff an deſſen breff, de Ghegheuen ys to Czelle, na godes bord dritteyn hundert Jar an deme eyn vnde achtentygeſten Jare, In vnſer vrouwen daghe der lateren.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XXI, 8.

CCXL. Biſchof Gerhard von Hildesheim genehmigt den von dem Kloſter Iſenhagen vorgenommenen Verkauf ſeiner Salzwedelſchen Mühlenpächte, am 8. Februar 1382.

In nomine domini amen. Gherardus, dei et apoſtolice ſedis gratia hildeſemenſis eccleſie Epiſcopus, Ad vniuerſorum, quorum intereſt, noticiam et ad quos preſencia peruenerint publice recognoſcendo deducimus in hiis ſcriptis, quod dilecti nobis in criſto prepoſitus, Abbatiſſa, prioriſſa et Conuentus monaſterii monalium in yſenhaghen, noſtre hildeſemenſis dioceſis, ex cauſis legitimis coram nobis deductis, de expreſſo noſtro conſenſu et licencia, vendiderunt bona ſeu redditus duodecim Cororum Brunſwigcenſis menſure in molendino ante ciuitatem Soltweddele pro ducentis marcis minus viginti luneborgenſium denariorum, tamquam eis et ſuo monaſte-

rio minus vtilia. Quibus quidem ducentis marcis minus viginti predictis additis per ipſos centum et triginta marcis denariorum predictorum comparauerunt villam in Oerle, ſitam in vicinio dicti monaſterii, cum omnibus ſuis pertinencijs in villa et extra, agris, paſcuis, nemoribus, aquis, ſiluis, vijs et invijs et iuribus ſuis vniuerſis, cum decima ipſius, que ſoluit et ſoluere conſueuit viginti ſex Coros ſiliginis Brunſwigcenſis menſure, et in cenſu ſoluit ſeu ſoluere conſueuit tres marcas cum quatuor ſolidis luneborgenſium denariorum, cum minuta decima in vitulis, agnellis et de alijs uiualibus, tamquam bona ipſis et eorum monaſterio magis commodoſa, vtilia et neceſſaria. Quas quidem bonorum vendicionem et aliorum comparacionem predictas ex cauſis legitimis rite rationabiliter et vtiliter factas congnicione diligenter prehabita auctoritate noſtra ordinaria in dei nomine confirmamus Ipſaſque gratas et ratas imperpetuum inviolabiliter volumus obſeruari. In quorum omnium et ſingulorum premiſſorum euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum in Caſtro noſtro Sturewaldis, Anno dominj milleſimo Trecenteſimo octuageſimo ſecundo, ipſo die beatorum dioniſii et ſociorum eius martirum glorioſorum.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel, Fach 24, Nr. 18.

CCXLI. Das Kloſter Iſenhagen verkauft dem Rathe der Altſtadt Salzwedel die Bockhornſche Mühle, am 1. Mai 1382.

In godes namen amen. Wy her Hermen van veelthem, proueſt, ver mechtyld Slengherduſes, ebbediſche, ver hylle van remſtede, priorinne, vnde de meyne Couent vnde Capittel der Begheuenen Godes Juncvrowen des cloſters to deme Iſenhaghen, Beleghen in deme ſtichte to Hyldenſem, Bekennen vor vns vnde vor alle vnſe nakomelinghe des ſuluen cloſters, dat wy mit wol bedachten mude vnde mit ghuden willen, myt volbord vnde mit rade alle der Jennen, den dat an ruret edder den dat van jengherleye wys an ruren mach, redelyken vnde rekelyken, to eneme rechten kope hebben vorkoft vnde vorkopen vnde vorlaten jeghenwardelyken in deſſeme bryue den Ernbaren, beſcheyden, wyſen luden Borghermeyſteren vnde ratluden, de nu ſynt vnde alle eren navolghern vnde meynen borghern der olden ſtat to Zoltwedel alle de ghulde vnde jarlyke rente, dy wy hadden vnde hat hebben in der molne to Bukhoringhe vor Zoltwedel, der olden ſtat, wente in deſſe tit, vor en vnde ſechtich mark brandenborgeſches ſuluers ſtendelſcher wychte, de ſe vns to danke rede wol beredet hebben vnde wy in vnſe nut vnde behoueſ gekeret hebben vnde hebben mit deme ſuluen ghelde weder gekoſt dat dorp to orle, dat dar lycht by deme cloſter to dem yſenhaghen eneme ſlechte aue, de nomet ſynt de ſporken: vnde laten en dyt vorbenomede gut vnde ghulde to ewyghen tyden mit alleme rechte vnde rechticheyt, mit alleme vrye vnde vryheyt, mit alleme eghendom vnd herſchop, hogheſte vnd ſydeſte, vns vnde alle vnſen nakomelinghen dar degher nicht an to beholdende: vnde gheuen ok ouer ſunderlyken to ewyghen tyden vann vnſer weghen vnde alle vnſer nakomelinghe wegen alle anſprake, de vns oder vnſen nakomelinghen boren moghe eder muchte, In geyſtelikem rechte eder in werlykem rechte. Vortmer ſo ſchullen wy vnde willen wy vorbenomede proueſt, Ebbediſche, priorinne vnde dat meyne capittel vnde alle vnſe nakomelinghe des vorbenomeden cloſters to dem yſenhaghen deſſen vorſcreuen borghemeyſtern, ratluden vnde den meynen bor-

ghern der olden ſtat to Zoltwedel vnd alle eren nakamelinghen al der ghulde vnde der jarlyker rente, de wy hat hebben in der vorſcreuen molne, waren to ewyghen tyden vor alle den, de ſe dar ane bewerren moghen, ſcholen eder willen, myt gheyſtlikem rechte eder mit werlikem rechte eder anders Jengherleye wys. Were dat ſe dar Jemant ane beworre ſo daner wys, alſe hir voreſcreuen, ſo dann ſcholen vnde willen wy vnde vnſe nakomelinge ſe mit guden willen vnder vnſen eghen koſten, teringhe vnde arbeyt af vntledeghen, entfryghen vnde entwerren, wo drade wy van en dar to geeſchet werden. Deden ſe eder nymen dar ook vmme jengherleye ſchaden, teringhe eder koſte, der ſcholen wy en ok weder dun vnde legghen, wo drade wy von en der to geeſchet werden, ſunder hinder, vortoch eder jengherleye wederſprake. Vortmer ſo wyllen wy en antwerden ſunder Vortoch alle Bryue, de wy hebben van gheyſtliken eder van werlyken heren eder vorſten vppe alle de ghulde vnd Jarlyke rente, de wy gehat hebben in der vorſcreuen molne to Bukhoringhe vnde deſulue Bryue ſcholen vs vnde alle vſen nakomelinghen nummer to ewyghen tyden to Jenghen vromen jeghen en Eder en jeghen vs to ſchaden komen. Alle deſſe vorſcreuen dynghe loue wy vorbenomeden her herrman, proueſt, ver mechtild, ebbedeſche, ver Hylle priorinne vnde dat meyne capittel des cloſters to deme yſenhaghen den ſuluen borghemeyſtern, ratluden vnd den meynen borgheren vnde alle eren nakomelinghen der olden ſtat to Zoltwedel, ſtede, vaſt vnbrekelyken to holdende In ghantze ghuden truwe ane Jengherleye arghelyſt in deſſeme bryue, dar wy an henghet hebben laten, to grotterer bethuginghe vnde merer bekanntniſſe, vſe Ingeſeghele des proueſtes vnde cappittels mit ghantzen ghuden wyllen. De gheuen is na godes Bort drutteyn hundert, dar na in deme twene vnde achtigiſten Jare, In ſunte walburgis dage der hylghen Juncvrowen. Tuge deſſer Dynghe ſynt de erliken heren her albrecht conow, proueſt to Zoltwedel, her wolter van otbernſhuſen, proueſt to dyſtorpe, her Johan niebur vnde Herr Hennryk berndes, pryſter, vnd vele mer lude, de des louen wol werdich ſint.

Nach dem Originale des Salzw. Archives III, 26.

CCXLII. Papſt Urban VI. beſtätigt dem Bernhard Dimel den Beſitz des Altares Simonis und Judä in der Catharinenkirche zu Salzwedel, am 9. März 1383.

Vrbanus, epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio Bernardo, dicto Dimel, Rectori Altaris ſanctorum Symonis et Jude apoſtolorum, ſiti in eccleſia parrochiali ſancte Catherine in opido Soltwedel Verdenſis dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum et uota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in domino fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Altare ſanctorum Symonis et Jude apoſtolorum predictorum cum pertinentiis ſuis, quod te canonce proponis adeptum, ſicut illud iuſte poſſides et quiete, auctoritate tibi apoſtolica confirmamus ac preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei at beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe noue-

rit incurſurum. Datum Rome, apud ſanctum petrum, VII. Idus Marcii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

P. Fabri.

Aus einer Mittheilung des verewigten Guſtav Stenzel aus dem Original des Bresl. Prov. Archives. In Danneil's Kirchengeſch. S. 19 mit dem Jahre 1382, das jedoch dem fünften Pontificatsjahre nicht entſpricht, da Urban im April 1378 den Stuhl beſtieg.

CCXLIII. Das heil. Geiſt-Kloſter zu Salzwedel erklärt ſeine Zuſtimmung zu der Stiftung Eliſabeths Stoteroggen, am 29. November 1384.

Nos Johannes, prepoſitus, Hinricus, prior, et conventus monaſterii hoſpitalis ſancti Spiritus extra muros Soltwedele, ordinis ſancti Auguſtini, Verdenſis dyoceſis, ad omnium et ſingulorum preſentium et futurorum preſentibus deducimus notitiam, qvod honeſta et Venerabilis Elizabeth, relicta qvondam Ludolphi Stoteroggen vidua, fervore pie devotionis accenſa, de facultatibus ſuis in celeſtibus ſibi theſaurizare deſiderans et in uſus pauperum ſua diſtribuere cupiens, deſiderii ſui vota nobis aperuit, ut videlicet quasdam antiquas et ruinoſas domus, curias et areas predicto noſtro monaſterio adjacentes et ad ipſam pertinentes, pro receptione et ſuſtentatione pauperum ſub titulo commutationis ſufficientis deputare perpetuo et aſſignare dignaremur. Conſiderantes igitur, qvod monaſterium noſtrum predictum pro receptione et ſuſtentatione pauperum, unde et nomen habet, principaliter inſtitutum eſt et fundatum et per hujusmodi factum pium fundatorum noſtrorum prorſus in nullo minuitur, ſed augetur intentio, et qvod predicte domus curie et aree nobis et monaſterio noſtro hactenus ſatis modicum utiles exſtitere; Nos propter hoc ad ſonum campane, prout moris eſt, capitulariter congregati et vocatis omnibus, qui ad hoc fuerunt evocandi, et preſentibus omnibus, qui voluerunt et potuerunt intereſſe, ac commodo et utilitate monaſterii noſtri penſatis diligentia et pro neceſſitate noſtra, quam commodoſius revelare non potuimus, aliquantulum revelanda, matura deliberatione et communibus tractatibus in talibus de jure conſvetis fieri prehabitis, unanimi conſenſu et voluntate concordi meliora et profutura monaſterii noſtri proſpicientes ſcienter et ſponte domus, curias et areas per dominos Thitericum de Schulenborch, noſtri monaſterii profeſſum, et Hinricum Piſtoris, alias dictum de Dambeke, in noſtra et Bardewicenſi eccleſia beneficiatum, inhabitatas cum curia Coneken de Döre ipſa decedente, de quibus ſingulis annis ultra decem ſolidos nunquam recipere conſvevimus, ſub titulo commutationis utilioris pro redditibus annuis perpetuis qvatuor marcarum denariorum Lunenborgenſium, nobis jam in ſalina Luneborgenſi per predictam dominam Elyzabeth et per infra ſcriptos executores teſtamenti ipſius realiter aſſignatis, perpetuo dimiſimus, deputavimus et aſſignavimus ad uſum et inhabitationem pauperum et ad nullum alium uſum, juxta ordinationem prefate domine Elyzabeth infra ſcripto modo pie et laudabiliter factam perpetuo permanendas, ita videlicet, quod in dictis domibus, curiis, areis et eorum pertinentiis recipiantur perpetue pure propter Deum ſex pauperes Femine vite laudabilis et converſationis honeſte, mente et corpore ſane ac Deo ſervire valentes et volentes, et precipue cognate Elyzabeth predicte, ſi petierint et habiles exiſtant. Predictarum quoque Feminarum receptio poſt mortem prefate Elyzabeth modo fieri debebit infra ſcripto.

Ad primum quidem locum ex tunc actu vacantem prepoſitus, qui fuerit pro tempore ad petitionem Elyzabeth filie prefate Elizabeth, et poſt eam ſeniores de liberis ejus, ab ea per directam deſcendentes, quamdiu eorum aliquis vixerit, perſonam, ut premittitur ydoneam recipere et admittere debebit, deficiente enim ſtirpe a prefata Elyzabeth per directam deſcendente receptio ad illum locum ad nos jugiter pertinebit; ad ſecundum autem locum fiet perſone receptio ad petitionem Domini Johannis Langen, proconſulis in Luneborg, et eo defuncto ſuperior proconſul Luneborgenſis tempore vacationis regens petitionem illam jugiter obtinebit; ad tertium autem locum fiet receptio ad petitionem ſuperioris proconſulis antique civitatis Soltwedel, eo modo, quo de proconſule Luneborgenſi ſuperius eſt expreſſum. Et ſi predicti vel eorum aliquis infra duos menſes poſt notificationem vacationis alicujus locorum predictorum ſibi per literas noſtras ſub expenſis dictarum ſeminarum faciendam inmediate ſequentes pro perſona, ut premittitur, ydonea non ſupplicaverit, et illa intra predictum tempus ſe nobis realiter non preſentaverit, extunc illa vice de illo loco et de receptione aliarum trium perſonarum ad alia tria loca, cum vacaverint, diſponendi perpetuo liberam habemus voluntatem. Ad que ſi infra duas menſes perſonas non receperimus, ut premittitur, ydoneas, ex tunc proconſul antique civitatis Soltwedel pretactus, quotiens hoc contingerit, pro perſona ſupplicabit ydonea, neceſſario per nos recipienda et admittenda. Prefate quoque femine in ſilentio et timore Dei in predictis domibus, curiis, areis et earum pertinentiis humiliter et obedienter habitabunt, queſtum non intendent, ſed de propriis vivent redditibus, et preterquam ad eccleſiam et cimiterium noſtrum non exibunt, nec etiam ad eos perſone ingredientur extranee abſque prepoſiti noſtri, qui fuerit pro tempore, in utroque caſu licentia ſpeciali, ipſasque feminas in hiis, que ad ſalutem pertinent animarum, decenter gubernare volumus et debemus, collectionem quoque reddituum ſuorum et procurationum ex ipſis, quibus opus habent, poterunt predicte femine alicui de monaſterio vel alteri juxta conſilium prepoſiti noſtri et proconſulum in Soltwedel predictorum, prout et quamdiu temporis viſum fuerit, committere, qui computum et rationem faciet, quotiens fuerit requiſitus. Et ſi, quod abſit, aliqua predictarum feminarum proprie ſalutis immemor decenter et honeſte vivere contempneret, illam cohortandi, et etiam, ſi opus fuerit, cum conſilio prefati proconſulis in Soltwedel removendi plenam habebimus poteſtatem. Executores inſuper teſtamenti prefate dicte Elyzabeth et procuratores earundem feminarum, qui fuerint pro tempore, non plus auctoritatis, juris vel proprietatis in dictis domibus, curiis et areis habebunt, quam quod dictis feminis fideliter preſint, et ipſis neceſſaria procurent, edificia reſtaurent et innovent, quotiens et prout eis opus fuerit, conſilio tamen et conſenſu noſtri prepoſiti in premiſſis omnibus et ſingulis prius requiſito. Premiſſa omnia et ſingula rata et firma inviolata perpetuo eſſe, manere et ſervare volumus et eidem Domine Elyzabeth nec non diſcretis Viris Domino Hinrico Piſtoris ante dicto et Johanni Langen, proconſuli in Luneborg, ac etiam omnibus et ſingulis, qui ſuperiores conſules pro tempore in Luneborg et in antiqua civitate Soltwedele fuerint, executoribus teſtamenti ipſius, bona fide promittimus, ſalvis tamen in premiſſis omnibus et ſingulis inſtitutionis et fundationis noſtre nec non monaſterii noſtri juribus, libertatibus, privilegiis et confirmationibus ordinis noſtri, et ſi dyoceſani noſtri decretum, conſenſus, auctoritas ad id acceſſerit, et voluntas. Teſtes hujus rei ſunt honorabiles et diſcreti Viri Domini Albertus, prepoſitus eccleſie beate Marie in Soltwedel, Johannes Niebur, Arnoldus Saak, Martinus de Arnze, beneficiati in eadem, Hoyerus Chuden et Gherardus Brunow, conſules antique civitatis Soltwedel ſepe dicte et quam plures alii fide digni. In quorum omnium et ſingulorum evidens teſtimo-

nium preſentes literas ſuper hijs conceſſimus noſtris ſigillis ſigillatas. Acta ſunt hec Anno Domini Milleſimo trecenteſimo LXXXIIII., in Vigilia ſancti Andree Apoſtoli glorioſi.

Beckmann's Beſchreib. a. a. O. Sp. 80—83.

CCXLIV. Teſtament der Wittwe Eliſabeth Stoterogghen, enthaltend die Stiftung des Annen-Kloſters zu Salzwedel, vom 11. Juli 1385.

In dem namen iheſu criſti Godes vnde Heren vnſes Salichmakers Amen. Na der bord des ſuluen criſti duſent vnde drehundert iar in dem viff vnde achtentigeſten iare in dem Elften dage des manen July vnde in dem daghe ſunte Annen, der moder Marien, der erbaren Juncvrowen, Ik Elzebe, wedewe ludeken ſtoterogghen, wonaftich in dem Stichte to verden, mechtich danken vnde redelicheyt vnde ſund an liue, bin erwecket van dem worde des Heren, dede ſprikt: des mynſchen ſone kumpt in der ſtunt, wan gy en des nicht vormoden: Vnde hir ane merke ik, dat nicht wiſſers en is, wen de dot, vnde nicht vnwiſſers, wen de ſtunde. De vnwiſheyt vnde mangerleye anval beghere ik to bewarende, alz ik beſt kan, vnde beghere mildeliken to vorvullende to dem loue godes de andacht, de ik langhe in dem Herren gehat hebbe, vnnd ik make vnnd ſtichte vnnd doe witliken vnnd willichliken mynen leſten willen vnde en vnwandelik teſtamentum in der beſten wiſe vnde ſchickynghe, der ik kan, alſe hir na ſchreuen is. To dem erſten offere ik my ſuluen vnnd alle, dat ik iegenwardich hebbe, vnde al dat ik noch weruen mach, Gode vnde ſiner vmbevleckeden moder marien vnnd der erbaren vrowen ſunte Annen, erer moder, in de hus vnnd to den huſen, de Her Hinric van dambeke vnnd ik in de ere der ſuluen ſunte Annen hebben ghetuget vnde buwet by dat munſter to dem hilgen gheyſte vor Soltwedel, Sunderliken to bliuende: wente myn dochter Elzebe heft dar nen recht to, wente ik hebbe er willichliken gegheuen alle myn Ingedome vnnd Huſgherad, dat in mynem Hus to luneborg blef, don ik en wech touch. Ok hebbe ik er gegheuen dat herwede vnde hebbe er gheanwerdet dat ſuluerne ſmyde, wat ik des hadde. Ok hebbe ik my mit erem manne vnnd er vruntliken vordragen vmme dat vrowenrad, oft er wes van my boren mochte, alſo dat en ghenoget. Vortmer hebbe ik druttich mark gheldes iarliker rente in Hans Eluers erue to luneborg, de my myn man ludeke, ſeliger dechtniſſe, alzo vnde dar to gegeuen heft, dat ik ſe moghe vnde ſcholle gheuen vnde keren in de ere godes, wor id my behaghet, alſe ſin Teſtament vnde des Rades to luneborg beſegelde bref, de my dar vp gegheuen is, vt wiſet. Des beghere ik vnde wille gherne vnnd otmodeliken ſine milden andacht vorvullen, alſe ik vorderſt mach, vnde wil de vorbenomden renten vor ſine zele gode vnd milder begheringe offeren. Hir vmme gheve ik to dem erſten male van der vorſchreuenen rente ene mark vor ſine vnnd myne vnde vnſer eruen memorien, alle iar to beghande in ſunte Johannis kerken to luneborg, aldus: de andere vicarius in mynes mannes capellen de ſchal vp boren de mark van der rente to paſchen vnde ſchal ſe alle iar in ſunte Annen daghe to der vilie vnde des negheſten daghes to der zelemiſſen delen dem kerkheren, den Cappellanen des kerkheren ſcholren vnde den nedderſten twelf vicarieſen, ſunder he ſchal enen ſchillingh dar van beholden vor ſin arbeyt. Vortmer gheue ik vif mark geldes den Heren to dem hilghen gheyſte vor ſoltwedel in naſchreuener wiſe: de vorſtender der vorbe-

nomden vrowenamen de ſchal de viff mark vp boren van der rente to paſchen vnde ſchal ſe den vrowen antwerden vnde de ſchollen ſe den Heren antwerden vnnd gheuen aldus: To dem erſten ſchollen ſe gheuen dem koſtere to ſunte Annen daghe ene mark, den Heren to ener guden maaltid. Dat dar ouer is dat ſchal he en delen, dar vore ſchollen ſe dat ſeſt erliken beghan mid ludende vnde den orgelen hochtitliken vnnd ſchone. Vortmer ſchal de koſter ſchicken dat me alle ver wekene zinghe vilie vnnd zelemiſſen vor mynes mannes vnnd myne vnde vnſer eruen zelen vnde dar vnder ſchal de koſter io veer was licht bernen vor Sunte Cyriacus altare, Sunder in mynes mannes vnde myner iartid ſchal he ſetten en licht van enem punde waſſes vor dat ſulue altar, dat ſchal ſunder vnderlat bernen van eyner veſpere wente to der anderen: vor de licht vnde dat was ſchollen ſe gheuen dem Cloſtere twelf ſchillinghe, van dem anderen ſchollen ſe em gheuen to iewelker memorien veer ſchillinghe den heren to ener maltid. Ok wil ik dat de vrowenamen dit ghelt den heren nicht en gheuen, id en ſy dat ſe al deſſe vorbenomden ſtucke truwelken holden. Vortmer wil ik, dat en iewelk dem ik van deſſer rente wes gheue vnde beſchede, dat de ſin deel vorſchote, vnde hir vmme wil ik, dat de vorbenomden vrowen nicht meer pflichtich en ſin den Heren to gheuen var den vif marken, oft dar brok ane worde an dem dele edder to male, welkerleye wis dat ghebrek ſchude, wan ſe dar af vppe nomen hebben. Vortmer geue ik den vorbenomden Armen vrowen, de in den vorſchreuen Huſen gode denen, van der vorbenomten rente Twintich mark geldes to erer vodinghe ewelken tobeſittende. Vortmer let Her Hinric van dambeke van myner vnde myner teſtamentarii wegene deme vorſchreuen proueſte vnde Conuente veer mark geldes in dem haluen wiſpele ſoltes, den he koſt heft to behof der vorſprokenen armen vrowen vppe der Sulten to luneborg in der Ghuncpannen to der vorderen Hant in dem Hus to Elbinghe, alle iar to wynachten vp to borende, vor twe Hus vnde Houe, de ik vnnd myne teſtamentarii in de ere ſunte Annen, der moder marien van den Heren vormiddelſt ener weſlinge vor de ſuluen ver mark getughet hebben, to ewighem behoue vnnd 'wonynghe der vorſchreuenen armen vrowenamen, alſe der Heren bref, den ſe my vnde myne teſtamentarieſen dar vp gegheuen hebben, openbar vt wiſet. Vor de ver mark gheue ik den armen vrowenamen wedder veer mark rente van mynen vorſprokenen druttich marken. Vortmer wil ik, dat de ſuluen vrowen alle edder dat klokeſte del keſen bynnen veer wekenen na rade des proueſtes vnde des ouerſten borgermeſters, dede zit in dem Rade in der olden Stad to Soltwedel, enen der Heren vt dem cloſtere, de de vorbenomden ver vnde twintich mark geldes vp bore vnde tughe den vrowen dar truwelken af al, des ſe behouen, vnde do en rekenſchop vor dem proueſte vnde borgermeiſtere van dem, dat he vp gheboret vnde vt gegheuen heft, wo vake ſe dat eſchen: vnde oft de vorſumerne vnnd en vnnutte were, ſo moghen ſe vnde ſchollen enen anderen vt deme cloſtere, ofte dar en buten, enen nuttliken papen edder leyen keſen, na rade des proueſtes vnde borgermeſters, alſo vake alſo en des not is, de en truwelken vore ſy vnde ſe vorſta in eren buwen to beterende vnd to tugende, wes ſe behouen. Van den vorſchreuenen ver vnde twintich marken geldes ſchal me io to voren de buwe beteren vnde wedder buwen, wo dikke des behof is. Ok ſchal me alle auende na Nachtſanghe, wan me Salue regina edder en ander loff van der hilghen Juncvrowen Marien ſinghet, twe waslicht in dem bedehus vor Juncvrowen Marien vnde ſunte Annen belde vnde dem Hilghedome, dat dar ſulues is, bernen. Jo doch gheue ik van deſſen ſuluen veer vnde twintich marken geldes mynen ſuſteren Annen vnde Margareten, Cloſtervrowen to wuluynkhuſen, vnnd mynem brodere Corde to erer drier liue Ses mark geldes to ſunte Michahelisdage vp to borende vnde vnder ſik like to delende, vnde welk vnder den dren lengheſt leuet, de ſchal

de Ses mark ſine daghe vp boren. Wan de dot is, ſo ſchollen de Ses mark wedder vallen an de vorbenomden vrowen vnde Hus eweliken dar by to bliuende. Ok wil ik, worden de vorſchreuenen druttich mark geldes af gekoſt, ſo ſcholde me dat gelt veſtehalfhundert mark in andere renthe legghen, alſo me erſt konde, na rade des proueſtes van dem hilghen gheiſte vnde des borgermeiſters der olden ſtad to Soltwedel, vnde van der rente mid alle vnde ghentzliken ſchicken, holden vnde don, alſe hir vor gheſchreuen ſteyt. Worde ok myn rente, wen druttich mark geldes mid dem ghelde ghetughet, dat ghebreke ſcholden beyde, de Heren vnde ok de vrowenamen liden, iewelk na ſinem antale. Alle deſſe vorſprokenen dingh, Hus, Houe, Inghedome vnde rente gheue ik lutterliken dor got vnde in de ere der benediden Juncvrowen Marien vnde ſunte Annen, erer erbaren moder, to ewigem behoue vnde nutſamicheyt Ses erbarer armer vrowenamen, de in dem vorbenomden Huſen gode ynnichliken vnnd affchedelken denen ſchollen Vnde de ſchollen vt erer wonynghe nene wis vorder ghan, wen in de kerken vnde vppe den kerkhoff des benomden Cloſters vnde ok ſchal neyn vtwendich perſone to en in ere wonynghe ghan, id en ſi mid orloue des proueſtes vnnd vmme drepelike erlike ſake, ſunder ſe ſchollen ene maghet hebben, dede vt gha, ere werf to weruende. Ok ſchollen de ſuluen vrowenamen io wan me lud to den tyden des daghes, wat ſe werkes don, van ſik legghen vnde vnder den tyden beeden vnde bidden got truwelken vor ere ſtichtere vnnd dede en gudliken don. Vortmer ſchollen ſe de beſchedenſten, de vnder en is, keſen na rade des proueſtes vnde borgermeſters, de en vore ſy in dem Huſe vnde in dem, des me en tughen ſchal, vnde ſeen, dat ſe vredeliken vnde tuchtliken leuen na anwiſinghe des proueſtes. Ok ne ſchal erer neyn allene vt ghan dor ienigerleye ſake, ſunder to dem mynneſten to twe vnde ok nicht mid weme malk wel, ſunder mid weme ere ouerſte wel. Vortmer wil ik, dat me in de Hus neymande nemen ſchal, wen erbare arme vrowenamen vnde dede ſint gudes ruchtes vnnd loueliker Handelinghe, eynes vorvarenen leuendes vnde ſunt an liue vnde an redelicheyt vnnd geſchicket to godes denſte. Ok ſchal ſe de proueſt ghotliken vorſtan vnde in alle den dinghen, dede to der zele zalicheyt horen, truweliken vore weſen vnde ſe ſchollen deme proueſte in temeliken vnnd erliken dinghen otmodeliken Horſam weſen. Ofte were ok dat id ſchude, des god nicht en wille, dat der vrowen welk godes vruchten vnde eres eghenen Heyles vor ghete vnnd ne wolde nicht vredeſameliken, kuſchliken vnnd loueliken leuen vnde ne wolde gode nicht truwelken denen, edder wolde ok ienigerleye ſecte dichten edder holden, de ſchal de proueſt vruntliken berichten, dat ſe dar af late, vnde is des behoff vor den anderen ſtraffen, is des ok not, he ſchal ſe vor ſinem Heren vnde dem Borgermeſtere ſtraffen vnde ene tid legghen, dat ſe zik betere. Beterde ſe ſik nicht, he ſchal ze mid rade vnnd witſchop der borgermeſtere vorwiſen. vppe dat de anderen van erer vorſumeniſſe nicht werden ghehindert an godes denſte vnnd me ſchal ene andere in ere ſtede nemen, de gode denen moge vnde wille, wente myn andacht is io anders nicht, wen dat de ſuluen vrowen lutterliken vnde entvoldichliken gode denen ane ienigerleye nyecheit vnde ſecte. Vortmer wil ik, dat me nicht meer wen Ses perſonen to dem prouenden ſchal entfanghen vnde nemen. Ok wil ik, dat me nene perſone to voren vntfanghen ſchal, er dar en ſtede al rede los ſy; io doch entfenghe Her Hinric edder ik welke perſonen to voren, de ſcholden to erſt in treden vnde me ſchal ſe dar in nemen ane wedderſprake. Vortmer ſchal me nemande dar in nemen vmme ghaue edder vmme ghelouede, ſunder lutterliken dor got, id en were, dat ſe ſuluen wat hadde edder mit willen worde gegheuen. Ok wil ik, wat alſo edder ienigerleye wis to den Huſen vnde den vrowen wert gegheuen edder kumpt vnnd ere rente Inghedome, Clenode vnde ok wat ſe nalaten in dem

remedio prouidere dignaremur. Sed quia parum eſſet ſtatuta condere, niſi foret, qui tueretur ea et execucionem debite demandaret, Nos Ludolfus decanus, commiſſarius et executor prefatus, quia de premiſſis omnibus et ſingulis ex inſtrumentis iudicialibus deſuper confectis et coram nobis productis et exhibitis atque lectis plene ſumus certificati et nolentes eidem Johanni in iuſticia deficere, ſicud nec debemus, cum ipſius peticio iuri conſona ſit et rationi, Vobis omnibus et ſingulis predictis, qui per preſentes requiſiti fueritis ac fueris requiſitus, in virtute ſancte obediencie et ſub excommunicacionis pena, quam in omnes et ſingulos, qui preſentibus mandatis noſtri ymmos verius metropoliticis, efficaciter non paruerint uel non paruerit, terna tamen et canonica monitione premiſſa, in nomine domini in hiis ſcriptis proferimus, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus accedatis, quo propter hoc fuerit accedendum ac publice requiratis et canonice moneatis prefatum dominum Albertum Conow, prepoſitum in Soltwedel, ac omnes alios et ſingulos, quorum intereſt, et quos concernit, quem et quos et nos preſentibus requirimus et monemus ipſisque coniunctim et diuiſim ſub penis in dictis ſtatutis expreſſis diſtricte precipimus et mandamus, quatenus propter ſpoliorum adductionem et raptorum predictorum receptacionem, nec non rerum et pecuniarum inter predictum opidum extorſionem, receptionem et retencionem predictorum ut premittitur notorie factas, ad obſeruantiam predictorum ſtatutorum prouincialium et ad ceſſacionem diuinorum abſque exſpectatione alterius mandati in predicto opido Soltwedel ac eius ſuburbiis ac continentibus edificiis, dicta canonica monitione premiſſa, penitus et omnino redeant et a diuinis ceſſent et abſtineant, prout eciam ad id poſt lapſum terminum predicte ſatiſfactionis neglecte, vigore eorundem ſtatutorum, mox et incontinenti tenebantur, non obſtante ſi forſan per aliquem inferiorem domino noſtro Archiepiſcopo Maguntinenſi et ipſius ſacro prouinciali conſilio ſuper predictis ſtatutis contrarium interpretatum uel declaratum ſit, cum nullus inferior conditore eorundem ſtatutorum ea declarare uel interpretari potuerit neque poſſit. Mandamus inſuper vobis predictis, quatenus prefatum dominum Albertum, prepoſitum in Soltwedel, ad noſtram peremptorie citetis prouinciam, quem et nos ex officio noſtro peremptorie ſic citamus, ut prima die iuridica poſt inſtans feſtum reſurrexionis dominice coram nobis Embeci ſufficienter compareat, dicturus et allegaturus cauſas racionabiles, ſi quas habet, quare propter contemptum et transgreſſionem eorundem ſtatutorum penas in ipſis contentas incidiſſe declarari et propter hoc canonice puniri, non debeat neque poſſit. Intimantes eidem, quod ſiue in predicto termino comparuerit ſiue non, nos nichilominus in premiſſis, prout iuſtum fuerit, precedemus. In ſignum execucionis, qui requiſiti fueritis fidem nobis plenariam de executione veſtra per inſtrumenta publica uel alias legitime faciatis, heſitantibus iurisdictione noſtra fidem faciemus in Embeck legitime requiſiti, precipientes tibi Notario vt preſentes proceſſus noſtros in publicam formam redigas noſtro ſub ſigillo. Datum et actum Embeci dicte Maguntinenſis dioceſis, Anno Domini Milleſimo CCC°. XCII°. Indictione XV^a^. Menſis Martij die VIII^a^., hora veſperorum uel circa, in curia habitacionis domini Ludolfi, decani, Commiſſarii et executoris ſupradicti, Pontificatus ſanctiſſimi in criſto patris et domini noſtri domini Bonifacij, diuina prouidencia pape IX, anno tercio, Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis hermanno Aurifabri Scolaſtico Eccleſie ſancti Alexandri Embecenſis predicte, Necnon Conrado wrighe Rectore parrochialis eccleſie in Strothagen, dicte Maguntinenſis dioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Hermannus flos, Clericus Paderburnenſis dioceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, venerabilis et circumſpecti viri domini Ludolfi de Echte, decani et executoris prefati et Cauſe huiusmodi coram eo ſcriba, Quia predictis querele, inſtrumentorum productioni,

lectioni, ſupplicacioni, requiſitioni, monitioni, ſentenciarum prolacioni et citationi necnon omnibus aliis et ſingulis ſupradictis ſic ut premittitur per dominum decanum et ſtatutorum prouincialium Maguntinenſium prefatum — Executorem interfui — hoc preſens inſtrumentum ſubſcripſi, — feci, — publicaui et in hanc publicam formam redegi ſignoque et nomine meis ſolitis et conſuetis vna cum appenſione ſigilli dicti domini decani et executoris ſignaui rogatus et requiſitus legitime in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Quibus proceſſibus et citatione debite executa contra Ludolfum decanum et executorem ſtatutorum prouincialium prefatum et aliis actis ad cauſam ipſam facientibus in termino eidem domino ludolfo prefixo productis coram nobis dictoque domino Ludolfo non comparente, ſed per contumaciam abſente, pro parte dicti Johannis fuit contumacia eiuſdem domini Ludolfi accuſata et in penam contumacie eiuſdem petitum, vt proceſſus ſupradictos per predictum dominum Ludolfum de facto neutra partium vocata, reuocatos in priſtinum ſtatum reponeremus et iuxta continenciam ſtatutorum prouincialium Maguntinenſium predictorum obſeruari ac denuo exequi iuris remediis mandaremus ac contra dictos iniuriatores, ſi proteruitas eorum id requireret, arcius procedere dignaremur. Vtque ne nimis proni videremur ad condempnandum, terminum in ſequentem diem ad horam terciarum ad committendam maliciam propter non comparitionem prorogauimus. Quo termino adueniente et parte predicta iterum non comparente pro parte dicti Johannis in iudicio noſtro fuit humiliter petitum, vt ſibi iuxta ſuam peticionem predictam legitimam et rationabilem faceremus iuſticie complementum. Nos vero Johannes Judex antedictus, prefatum dominum Ludolfum legitime citatum non comparentem reputauimus ad inſtanciam dicti Johannis contumacem ac litis condempnauimus in expenſas per nos, quantum de iure poterimus, taxandas. Et quia ex productis coram nobis didicimus et per iura et iuris rationes nos informauimus diligenter, qualiter bene pro parte dicti Johannis fuit appellatum et proceſſus per dictum Ludolfum, decanum, Executorem ſtatutorum prouincialium predictorum, ad inſtanciam dicti Johannis emiſſi perperam et inique fuerunt et ſunt reuocati, prout ſuper hiis in apoſtolis per eum datis communiter apparet, (Ipſe namque dominus Ludolfus deferendo appellationi, prout apparet in actis, tacite a reuocacione dictorum proceſſuum receſſit et iurisdictionem a ſe penitus abdicauit, transfundendo eandem ad manus ſuperioris ſcilicet dicti domini noſtri pape, ad quem extitit appellatum, qui nobis committendo tamen appellacionis et negocii principalem eandem iurisdictionem in nos transfudit) et cum idem dominus Ludolfus a ſe ut premittitur iurisdictionem abdicauit nec habet reſumere dictorum proceſſuum execucionem ſine noſtro mandato ſpeciali; Quare vobis omnibus et ſingulis ſupraſcriptis, qui preſentibus requiſiti fueritis, in virtute ſancte obediencie et ſub pena excommunicacionis, quam in hiis ſcriptis in vos et quemlibet dictorum huiusmodi mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis non parentem ſeu non parentes, terna tamen canonica monitione premiſſa, ferimus et promulgamus, ſi non feceritis, quod mandamus, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus cum pro parte dicti Johannis vlogel clerici fueritis requiſiti in veſtris et veſtrorum ſubditorum eccleſiis Cathedralibus, collegiatis et parrochialibus atque alijs beneficijs et locis, ubi fuerit faciendum, proceſſus ſupra ſcriptos, ſic vt prefertur per dictum dominum Ludolfum ad inſtanciam dicti Johannis contra ſuos iniuriatores rite promulgatos, infra VI dies a tempore notificacionis preſentium reſumetis et obſeruetis ac iuxta eorum totum tenorem ſupraſcriptum, ac ſi nunquam fuiſſent, prout non cenſentur ad preſens, per dictum dominum Ludolfum reuocati, iuxta predictorum ſtatutorum prouincialium continenciam in predicto opido Soltwedel ac eius ſuburbiis et continentibus edificiis, vos omnes et ſinguli ſupradicti communiter uel diuiſim, prout fueritis requiſiti, exequamini cum

effectu et exequutioni debite demandetis. Alioquin dicto termino VI dierum elapso contrarium facientes sententiam excommunicacionis supradictam exnunc et extunc declaramus incidisse et contra vos et quemlibet non parentem ac contra dictos iniuriatores, si proteruitas eorum postulauerit, artius procedemus, Citacione tamen contra prefatum dominum Albertum Conow prepositum per dictum dominum Ludolfum decanum Embecensem ex officio suo commisso excepta, ad cujus citationis execucionem dumtaxat minime nunc procedatis. Protestantes tamen expresse, quod per presens mandatum nostrum non intendimus prefato domino Ludolfo decano causam remittere predictam, sed si necesse fuerit, dumtaxat meram et nudam executionem prout de iure. Vos, qui requisiti fueritis, reddite presencia cum cedula transfixa, modum et formam execucionis vestre continente vestris sigillis sigillata, penis et monicionibus sub premissis, precipientes tibi notario, ut presentes processus nostros in publicam formam redigas nostro sub sigillo. Datum et actum Lubece In Curia habitacionis nostre. Anno domini M°. CCC°. LXXXXIIII°. Indictione Secunda, Mense Januario die XVII^a., hora terciarum uel circa, pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri, domini Bonifacii diuina prouidencia pape IX, anno Quinto, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao de Insula, Jacobo Plesskow ac Johanne Langhe, Canonicis ecclesie Lubicensis, necnon marquardo lowenbeke, Clerico Sleswicensis diocesis, Notario publico, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Johannes Molner, Clericus żwerinensis diocesis, publicus Imperiali auctoritate notarius prefatique Domini Judicis et coram eo scriba, premissis omnibus ac singulis, dum sic ut premittitur, per predictum dominum Judicem et coram eo agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus, Anno, Indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui. Ideo presentes processus per alium me legitime prepedito de mandato meo scriptas ex precepto prefati domini Judicis in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis vna cum appensis sigillis dicti domini Judicis roboraui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Nos vero Johannes, Judex prefatus, ex certis et racionalibus causis ad hoc animum nostrum mouentibus predictos nostros processus cassauimus et annullauimus, presentibus quoque cassamus et annullamus. Quare vobis omnibus et singulis, qui presentibus requisiti fuerint, in virtute sancte obediencie et nichilominus sub excommunicacionis pena, quam in presentis mandati nostri rebelles, terna canonica monicione premissa, in hiis scriptis proferimus districte precipiendo mandamus, Ne dictos nostros processus exequi seu execucioni demandare curetis, sed ipsos in ecclesijs vestris per nos cassatos et annullatos publice nuntietis. Datum et actum Lubeke in porticu Cathedralis ecclesie Lubicensis. Anno dominj millesimo Trecentesimo Nonagesimo quarto, Indictione Secunda, Mensis Junij die XXV^ta., hora vesperorum uel quasi, pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Bonifacii diuina prouidentia pape Noni anno quarto, Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis et magistris Johanne de Gatzerowe decano, Nicolao de Insula Canonico Ecclesie Lubicensis, Necnon hinrico de hildesem, clerico hildesemensi et hinrico hardecop clerico Zwerinensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Molner, Clericus Zwerinensis diocesis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius prefatique domini Judicis Et cause huiusmodi coram eo scriba, premissis omnibus et singulis, dum sic ut premittitur per predictum dominum Judicem et coram eo agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus, Anno, Indictione, Mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presens interfui, Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui. Ideo presentes processus per me scriptos de mandato prefati do-

mini Judicis in hanc publicam formam redegi ſignoque et nomine meis ſolitis et conſuetis vna cum appenſione Sigilli dicti domini Judicis ſignaui in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 29, No. 4.

CCLVII. Biſchof Otto von Verden beſtätigt dem Annen-Kloſter zu Salzwedel verſchiedene kleine Erwerbungen, am 29. November 1393.

Otto, dei et apoſtolice ſedis gratia Episcopus Verdenſis, Vniuerſis et ſingulis preſentes literas inſpecturis Salutem in domino ſempiternam. Cum de inclita prouidentia canonica ſanxio congrue ordinat et diſponit, ut pie legata, donata aut alia alio quouismodo in ſubſidium ſpiritualium perſonarum legitime acquiſita, ſuperiorum auctoritate approbentur, Ne in poſterum talia ſpiritualium perſonarum ſtipendia, horrende cupiditatis inpulſu, a peruerſis rapiantur, diſtrahantur aut in vſus alienos minus licite conuertantur. Hinc eſt quod cum alias dilectus nobis in criſto dominus henricus de dannenberge, ſindicus et procurator domus ſancte Anne, ſite in curia canonicorum regularium Monaſterij ſancti ſpiritus extra muros opidi Soltwedel, et deuotarum feminarum inibi deo deuote famulancium noſtre Verdenſis dyoceſis et procuratorio nomine ipſarum ad perpetuam conſeruacionem et ſuſtentationem earundem diuerſas poſſeſſiones in pratis, ortis et paſcuis et alijs bonis inmobilibus ſeruata contrahentium forma conſweta et preſertim in talibus ex juris indulto conceſſa a diuerſis ſecum contrahentibus pure et realiter comparauit et emit, videlicet a quodam heinrico wend, opidano in nouo opido ſoltwedel, vnum pratum ſitum inter locum vulgariter appellatum oldeteyghelſchune et ripam dictam Gyſne, ac ab honeſta gerthrude, relicta quondam heinrici Pluzekens, de omnium ſuorum heredum et precipue Johannis heſteden, filii ſui, expreſſa voluntate et conſenſu, vnum ortum, ſitum in loco qui dicitur Kroneſberg iuxta villam bochornenghen; Necnon ab honeſta Margareta relicta quondam lippoldi Molendinatoris et a lippoldo, eius filio, vnum pratum dictum Winkelwiſch, ſituatum iuxta flumen gyſna et villam krichelndorpe; Et a diſcreto viro Reyeneke weuer, commoranti in villa perwer, vnum pratum inter eandem villam et locum qui dicitur Krichelhop ſitum, que duo prata quondam ſtrenuj Milites Thidericus et bernhardus, dicti de Schulenborch, iuſte et rationabiliter vickoni bodonis in antiquo opido ſoltwedel in perpetuum iuſto vendiderunt titulo poſſidenda, a quo ad dictas vendentium perſonas videlicet Margaretam, lippoldum et Reyneken dicta uero prata in conſimilibus contractibus venditione legitime peruenerunt; Inſuper Benedicta de Achchem a ſtrenuo milite domino bernhardo et Johanne, armigeris, dictis de ſchulenborch, dimidietatem cujusdam prati ſiti in loco, qui ſchulenborch volgariter appellatur, ad perpetuum uſum predictarum feminarum in domo ſancte Anne deo famulancium emit et comparauit. Que omnia et ſingula, ſic ut premittitur comparata et empta, prius tamen diuerſis et diſtinctis numeratarum pecuniarum ſummis ipſis vendentibus pro predictis bonis integraliter perſolutis, Eedem femine in iuſtum titulum realis poſſeſſionis et bonam fidem, ut de jure licuit, receperunt, prout in patentibus literis ſuper premiſſis emptionibus et contractibus firmam fidem facientibus coram nobis publicatis, lectis et examinatis, apparuit euidenter. Quare ſepedictus heinricus, intendens futura pericula et improuiſa diſcrimina in premiſſis preuenire, Nos cum ea, qua decuit, inſtancia humiliter petijt et

requiſiuit, quatenus premiſſos contractus emptionum premiſſorum bonorum inter prefatos contrahentes rite et canonice celebratos ex iniuncto nobis officio, ut tenemur, approbare et approbatos confirmare dignaremur ad cautelam futurorum. Nos igitur iuſtis petitionibus in premiſſis et precipue ſepedicti domini heinrici ſincerius inclinati, futuris periculis et occaſionibus ſiniſtris circa premiſſa et premiſſorum quotlibet cupientes obuiare, de remedio optimo et canonico prouidentes, omnes et ſingulos contractus, ſic ut premittitur celebratos, approbamus ac omnia et ſingula bona, poſſeſſiones, ortos et prata premiſſa ad conſervationem et ſuſtentationem ſepedictarum domus ſancte Anne et feminarum ibidem deo famulantium empta et comparata, ad ſolum illum uſum et non alium, auctoritate ordinaria in dei nomine confirmamus, Inhibentes in virtute ſancte obedientie et ſub pena excommunicationis omnibus et ſingulis per noſtram dyoceſim conſtitutis, cujuscunque ſtatus aut condicionis exiſtant, ne de dictis bonis, ſic per nos ad predicte domus et uſum prefatarum deuotarum feminarum confirmatis, diſtrahendo, alienando aut quouismodo uſurpando ſe in parte aut in toto intromittant aut talia per alios fieri procurent ſeu contra noſtram preſentem confirmacionem quidquid attemptare quouiſmodo preſumant et nos auctoritate noſtra ordinaria, ſiquid contra premiſſa uel quodlibet premiſſorum factum fuerit, diſcernimus irritum et inane. Datum in caſtro Vörde, Anno domini M°. CCC°. Nonageſimo tercio, in vigilia beati Andree apoſtoli, preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis Nicolao, monaſterii ſancti ſpiritus prope muros Saltwedel et Johanne Möſcern in walde prepoſitis, Magiſtro Roberto canonico eccleſie Bardewicenſis et henrico Smeling theſaurario eccleſie ſancti Andree verdenſis et Bremenſis dyoceſis et alijs pluribus fidedignis. In euidenciam maiorem omnium premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 37, No. 10.

CCLVIII. Dieterich von Bodendick beſchenkt einen Altar in der Marien-Kirche zu Salzwedel, am 6. Juni 1395.

In Godes Namen Amen. Diderick van Bodendick, Henninges Sone van Bodendik, dem Gott gnedich ſey, bekenne vnd do witlik in deſzen open Breue vor alle denjenen, de on ſeen, horen, eſte leſen, dat ick mit willen vnd mit wolbedachten Mode, vnd mit vullbort all miner Eruen hebbe gelathen dorch ſalicheit willen mines Vader Seele vnd to troſte mines ſulueſt vnd aller miner Nakomelinge, tho eineme Altare in de Ere der benedieden Maget Marie, Godes Muder, de dar licht in der olden ſtadt Soltwedel in der Kerken vnſer leuen Fruwen, vnd dat altar is gewiget to Loue Jheſu Chriſto vnd Marien, ſiner benedigeden Moder, Tho demſuluen Altare hebbe Diderick van Bodendyck, vorbenomede gegeuen vnd belecht, dat min Vader gegeuen vnd gemacket hadde by ſinen leuendegen liue, vnd ick vortmer hebbe geſtedeget ewichliken to bliuende, in dem Dorpe tho Saluelde in twen Houen, in dem einen Houe Poppe vp wonet, twe wiſpel Roggen, In deme andern Houe, dar nu uppe wanet Mathias Schroder, einen Wiſpel Roggen, vortmer in dem Dorpe tho Elenaw in drein Houen, in dem Houe, dar nu Steffen vppe wonth, dre vnd drüttegeſten haluen ſchepel Roggen, III ſchefel Gerſten in dem andern Houe, dar nu Peter Feynekens vppe wonet, XX ſcheffel Roggen In dem drüdden Houe, dar nu Buſze

vppe wonet, XX ſcheffel Roggen. Deſſe vorſchreuen Rente ſchal vp nemen vnd hebben alle Jar de Preſter, den ick edder mine Erven mit deſzene vorſchreuen Altare belenet hebbe, ok ſchal deſulue Preſter Macht vnd Vriheit hebben, tho pandende ſin Pacht, wen eme des an den vorgenomten viff Höuen behof is. Vortmer, dat Got vorbete, eſte de Houe verwüſteden, ſo ſchal de vorbenamde Preſter bruken des Ackers, holtinge vnd der Wiſche, vor ſinen Pacht, ſo lange de vorbenamte viff Houe wedder werden beſettet, nach Anthal ſiner Renthe. Vortmer wil vnd mine Eruen, dat deſulſſte Preſter, de dar is ein Vorſtender des vorbenomeden Altars, ſchal mit flite vor vns vnd vor alle Chriſten Seele bidden, mit Vilgen vnd mit Miſzen, vnd vnſer dechtich weſzen analſweme gebede, vnd dat Altar nach anwiſinge ſiner Sammitheit beleſen, ſo he flitihgeſt kan vnd mach. Ok ſchal ick vnd wil vnd meine tokomenden Eruen, dem Preſter des Altars in nenerley Wiſze in der vorbenomeden renthen mogen edder hindern, bekümmern edder vmſerdegen. Vortmer ick vnd meine Eruen ſchullen vnd willen beholden dat Gerichte, Dinſt vnd den ſmalen Tegeden van den ſuluen vorbenomden viff Houen. Des ſint to tüge an vnd ouer geweſt de erborn Preſtere Her Johan Lütkemann, Her Hermen Beuerlacke, Vicarii an der vorbenannten Kerken vnſer lewen Fruwen tho Saltwedel, vnd vel andere lauaſter Lüde. Alle düſze vorgeſcreuene Stücke vnd articul vnd ein jewelik beſundern wil ick Tyderick van Bodendick, vorbenant, mine Eruen ſtede vaſt holden vnverbrocken, in gantzen trüwen, vnd des hebbe ick min Ingeſegel gehangen an düſzen Breff. Des tho einer groter Tuchnitze vnd merer Bewaringe hebbe wy, Her Bernt van der Schulenborch, Ritter, vnd Hinrick von der Schulenborch, de Older, Bernt van der Schulenborch, Hinrick de Junge vnd Hans, alle geheten de van der Schulenborch, hievon vnd ouer geweſen, geuolboret. Vnd is geſchehen mit vnſer aller willen, vnd hebben des tho tuge vnſe Ingeſegel alle witlicken mede hangen heten an düſzen Breff, De gegeuen vnd geſchreuen is na Godes Gebort duſent drehundert Jar, darna in dem viff vnd negeſten Jare, an deme Dage der hilgen dreualdicheit, vppe dem Slote to Apenborch.

Nach Lenz Br. Urk. S. 477—480.

CCLIX. Biſchof Heinrich, Generalvicar der Biſchöfe von Verden und Hildesheim, verſchreibt dem großen Kaland in Salzwedel einen Ablaß von 40 Tagen im eignen Namen, von 40 Tagen für den Biſchof Otto von Verden und von 40 Tagen für den Biſchof Gerhard von Hildesheim, am 2. Auguſt 1395.

Hinricus, dei et apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Eccleſie ypponenſis, Sacre theologie profeſſor, necnon Venerabilium in Chriſto patrum ac dominorum Ottonis verdenſis, et Gherardi hildenſemenſis Eccleſiarum Episcoporum vicarius generalis, dilectis nobis in Criſto fratribus et ſororibus in fraternitate maiorum kalandarum Soltwedel exiſtentibus vniuerſis Salutem in domino ſempiternam. Nempe quanto vniuerſitatis bono prouidencius ſuccurritur, tanto amplius ad ſuccreſcendum vigoroſius dilatatur. Quocirca veſtre peticionis affectui non eſt immerito annuendum, quo indulgencias, nobis a iure licitas et conceſſas, eidem veſtre fraernitati petitis concedendas, quibus indultis veſtra aggregacio, in quantum dei gracie capax eſt, fructificat et ſuccreſcit. Hinc eſt eciam, quod nobis fide facta multorum bonorum operum in eadem

veſtra confraternitate cottidie vigencium, cujus rei cauſa peramplius afficimur ad eandem. Vnde volentes eorundem bonorum operum, in quantum in nobis eſt, deo propicio numerum cumulare, omnibus et ſingulis confratribus et Sororibus in dicta fraternitate exiſtentibus, tam preſentibus quam futuris, tocies quociens in Officijs vigiliarum et miſſarum ibidem pro defunctis fieri anniuerſaliter conſuetarum, vere penitentibus et confeſſis, qui preſentes fuerint et in quatuor terminis principalibus, quibus ipſos fratres conuocari contigerit, quique eciam in diuino officio vt premittitur fuerint tunc preſentes, Quadraginta dies Indulgenciarum eiuſdem domini Ottonis, Epiſcopi Verdenſis, Quadraginta dies ſimiliter ipſius domini Gherardi Epiſcopi hildenſemenſis, auctoritate nobis in hac parte commiſſa, ac eciam quadraginta dies auctoritate noſtra propria de ſpeciali predictorum dominorum noſtrorum epiſcoporum gratia et conſenſu, de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in domino relaxamus temporibus perpetuis hijs preſentibus durandarum (ſic). Datum Soltwedel, anno domini Milleſimo Tricenteſimo nonageſimo quinto, Menſis Auguſti die ſecunda, noſtro ſub Sigillo preſentibus appenſo.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 10, No. 2.

CCLX. Markgraf Wilhelm von Meißen beſtätigt die Rechte und Freiheiten der Neuſtadt Salzwedel, am 4. Dezember 1395.

Wir Wilhelm, von gotts gnaden marcgraue tzu Miſzen vnd Lantgraue in duringen, Bekennen vnd thun kunt offentlichen mit diſem briefe, daz wir den Burgern der nuwen Stat tzu Salzwedel, de nu ſin vnd noch tzukommende werden, vnſzen lieben beſundern, beueſtint vnd beſtetiget haben, beueſten vnd beſtetigen yn mit dieſem brieffe alle ir fryheit, alle ire gerechtigeit vnd alle alde gewonheit, vnd wollen vnd ſullen ſy laſzen vnd behalden bie allen rechten, bie eren vnd gnaden, dar ſie in vorgangen getzyten by ſin geweſt. Ouch wollen wir vnd ſullen yn halden alle ire briefe, die ſy haben von furſten vnd von furſtynnen, alze marcgrafen vnd marcgrafynnen tzu Brandenburg, vnd wollen vnd ſullen ſie ane allerleye hyndirnis laſzen vnd behalden mit aller gnade, mit aller friheit vnd gerechtigeit by allen iren lehenen, erben vnd eygen, alze ſie daz vor gehabet haben vnd beſeſſen. Ouch wollen vnd ſullen wir Rittern, Knapen, Burgern, geburen vnd allen luten gemeynlichen, beyde geiſtlichen vnd werltlichen halden alle ire brieffe vnd wollen vnd ſullen ſie bie allen rechten, friheiten vnd gnaden laſzen. Mit orkunde diſes briefes vorſigelt mit vnſzem anhangenden Inſigele. Gegeben tzu Tangermunde, nach gots gebort dritzenhundert Jar darnach in dem funff vnd neuntzigiſten Jare, an Sente Barbaran tage der heiligen Jungfrauwen.

Nach dem Originale des Salzw. Archives F. 1, No. 22.

CCLXI. Der Priester Heinrich Hartwig begiebt sich mit seinem Hause in der Stadt Salzwedel in den Schutz des Rathes und übernimmt dafür und für den Erlaß der bürgerlichen Lasten eine jährliche bestimmte Geldzahlung, am 14. Juni 1397.

Ik her hinrick hartwyghes, pryster, Bekenne openbaren vnd Betughe in deſſeme bryue, dat yk myt mynem vrygen guden willen ghewylkoret hebbe vnd wylkore in deſſeme ſuluen bryue dem rade in der olden ſtad zoltwedel to gheuende eyn punt zoltwedel. pennynghe alle Jarlykes in ſunte gallen daghe, alle de wyle dat yk leue, dar vmme, dat ſe my mynen hof, ſtande by den Baruoten brodern to zoltwedel, myt ſyner tobehorynghe ghevryget hebben alle de wyle, dat yk leue eder den hof hebbe, van aller ſtad pleghe vnd rechticheyt, vnd dat ſe my ghenomen hebben in ere beſchermynghe mynes gudes bynnen der ſtad zoltwedel vnd dar buten, myn gud to beſchermende vnd to vordedinghende lyk eren borgheren, wor ſe dat enden kunnen vnd vermoghen. Weret auer, dat yk den vorſcreuen mynen hof vorkoſte oder vmme eyn ander gheſete, vnthede eder anders weme lyte, we denne den vorſcreuen hof krieghe, de ſchal dar von dun der ſtad vnd dem rade alle ſtad pleghe vnd rechticheyd. Auer watte gheſete yk weder koſte oder vor den hof krieghe, des ſcholde yk vry bruken aller ſtad pleghe vnd rechticheyd to den tyden mynes leuendes, ſunder dat punt zoltwedel. penynghe alle Jarlykes deme rade ſo to gheuende, alſo vorſcreuen ys. To bekantniſſe deſſer vorſcreuen ſtucke hebbe yk her hinrick hartwyghes vorghenomet myn ingheſeghel henghet an deſſen bryf. Gheuen na godes Bort drutheyn hundert Jar, in dem ſeuen vnd neghenteghyſten Jare, in ſunte vitus auende martiris.

Nach dem Originale im Archive der Stadt Salzwedel, Fach 6, No 18.

CCLXII. Der Rath der Altstadt Salzwedel zahlt an Hans von Jetz einen Theil des Vermögens aus, das er für Heine von Jetz hinter sich hat, am 10. Mai 1398.

Wy tydeke van Hyldenſem, ghereke boek, beſeke dolſleue, claws audorpe, ghereke ſpyt, Heyne nygeman, beſeke medebeke, Hans boek, Heyne boden vnde Tydeke van Hyldenſem, Ratmanne in der nygen ſtat zoltwedel, Bekennen openbare vnnd bethughen myt deſſeme bryue, dat Hans van Jetze, vnſe borgher, des bekant heſt openbare in vnſer Jeghenwardicheyt, dat de erlyken lude, de ratmanne in der olden ſtat zoltwedel eme gheuen hebben theyn mark ſuluers redes gheldes van deme ghelde, dat ſe ſineme brodere Heynen van Jetze ſchuldech vnnd plichtich weren, vnnd de vorghenomede Hans von Jetze heſt ghewilkurt in ſin erue vnde redeſten gude, weret, dat ſin broder Heyne van Jetze queme bynnen drutteyn Jaren to lande na ghyſſt deſſes bryues oder anders yment, de beter recht hedde van erues weghen to den theyn marken ſuluers vorſcreuen van Hans van Jetze erghenomet; So ſcholde he vnnd wolde vnnd ſyne eruen deme vorſcreuen rade in der oldenſtad zoltwedel de vorghenomede theyn mark ſuluers weder gheuen van ſtundan, wan ſe dat van eme ader van ſinen eruen eſſchende ſynt, ſunder vortoch vnnd wederſprake: vnnd weret, dat he des nicht en dede, ſo ſcholde de vorſcreuen rat

in der olden ſtat zoltwedell de theyn mark ſuluers nemen vte ſinem erue vnnd redeſtem gude van ſtundan, wor he dat heſt, ſunder Jengherleye rechteſdwangh, wan ſe dar vmme ghemanet werden. Weret auer, dat des neen not en wer bynnen deſſen vorſcreuen XIII Jaren vnnd ſcheghet, wan de vorſcreuen XIII Jare vmme comen weren, dat yment queme, de beter recht hedde to deme erghenomeden ghelde, wan Hans van Jetze vorghenomet; So ſcholde ſe Hans van Jetze ader ſine eruen de vorſcreuen theyn mark ſuluers dem rade in der olden ſtad zoltwedel van ſtundan weder gheuen, wan ſe dat van en eſſchende ſint. To thughe deſſer ſtucke deſſes ſchycht vnnd daet hebbe wy vnſer ſtad ingeſegel henghen laten an deſſen bryf, gheuen na godes bort drutteyn hundert Jar, in achte vnnd neghenteghyſten Jare, des negheſten vrydages na ſunte Johannis daghe vor der porten.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XVII, 25.

CCLXIII. Abt und Convent des Kloſters Huſeburg beſcheinigen dem Propſte und dem Rathe zu Salzwedel die Zurücklieferung des dem Kloſter entwandten Heiligthumes, am 28. September 1398.

We Siuert, abbet, hinric, prior, vnde gantze conuent des kloſters to huyeſborgh Bekennen vnde betughen openbare vor vns vnde vnſe nakomelinghe vor allen luden, de deſſen bref ſen edder horen leſen, dat we vnde alle vnſe heren vnſes kloſters to huyeſborg leddich vnde los laten de erliken lude den proueſt der kerken vnſzer vrowen to zoltwedel vnde den rat in der olden ſtat zoltwedel des hilchdomes, dat en to vnſer truwen hant vnſes kloſters antwort was, dat peter wytinghe vns. vnſeme kloſtere duſliken entfernet hadde, dat de vorſcreuen proueſt to zoltwedel vnde de rat dar ſulues van vnſer beide vnnd ghehetes weghen weder antworden hebben hern bartolde van der helle, vnſem mede heren vnſes kloſters, vnde hern Johanne makewitte, capellane to ſente katherinen in der nyenſtad zoltwedel, to vnſer hant vnnd vnſes kloſters vnde ſeggen ledich vnde los den vorſcreuen proueſt vnde rat to zoltwedel aller anſprake, de we ichte vnſe nakomelinghe to en hebben mochten vmme dat ſulue hilichdom vnde we vnnd vnſe nakomelinghe willen ſe des degher vnde al ſchadelos halden van vnſer weghen vnde vnſer nakomelinghe, wanne vnnd wur on des not is. To orkunde hebbe we deſſen bref beſeghelt myd vnſer abbedye vnde conuentes inghefegel vnde is gheſchen na goddes bort duſent iar dre hundert, in deme achten vnnd negentigeſten iare, in ſunte michalis auende des artzengles.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XLI, 7.

CCLXIV. Markgraf Jobst bestätigt der Gattin des Bürgers Hermann Garz in Salzwedel ein Leibgeding in den Dörfern Rietz und Buck, am 13. Dezember 1398.

Wir Joſt, von Gotes gnaden Marggraf zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs Erzcämerer, Marggraf und Herr zu Merhern, bekennen und thun kund offentlichen mit dieſem briefe allen den, die in ſehen oder hören leſen, daſs wir der ehrſamen Margarethen, des erbaren Herman Gartz, Bürger zu Salzwedel, unſers lieben getrewen eelichen weibe, mit wolbedachten mute und guten willen neune ſtücke Geldes yn den dörfern zu Ritze und zu Buck, deſſelben Hermanns fleiſſiger bete willen, zu rechten Leipgedinge vorliegen haben, und vorleyhen yr dieſelben neun Stucke Geldes in den vorgenanten Dörffern, als eyn Marggraf zu Brandenburg, mit crafft des brieſes, zu haben, zu halden und alle jahr ufzuheben und zu genieſsen, und als ihr rechtes Leipgedinge alle ihre lebtage geruelichen zu beſitzen. Mit urkund ditz briues verſigelt mit unſerm anhangenden Inſigel, Geben zu Tangermünde, nach Criſts geburt dreizenhundert jahr und darnach in dem acht und neunzigſten jahre, an Sunt Lucien tage.

De mandato domini Marchionis
Heinricus de Spilner.

Gercken's Fragm. III, 196. 197.

CCLXV. Requinus Cortenack, General-Vicar des Biſchofes von Verden, geſtattet der Pfarre zu Oſterwohl zwei Höfe, die ſie zu Andorf und Wiſtedt beſitzt, an bäuerliche Wirthe eigenthümlich auszuthun, am 9. März 1399.

Requinus Cortenacke, Canonicus et Archidyaconus in Smedenſtede in eccleſia Hildenſemenſi, necnon Reuerendi in Criſto patris et domini noſtri domini Theoderici, electi verdenſis, vicarius generalis, Uniuerſis et ſingulis criſtifidelibus Gratiam et in domino Salutem. Cum ad dyoceſani cuiuſlibet lo .... pertinet, omnia diſperſa reformare et redditus cuiuslibet eccleſie in ſtatum priſtinum reducere, cum igitur ad noſtram deuenit noticiam, quod quedam bona, ad dominum plebanum in Oſterwolde tamquam vni pertinentia in emphiteoſi ſunt poſita et per hoc multum per gwerram terre prochdolor ſunt deſolata, videlicet due Curie, vna in villa wiſtede, ſoluentem (ſic) annis ſingulis tria quartalia ſiliginis, cum ſeruicio et cum omni Jure, infimo et ſupremo, alia vero in villa Andorpe, ſoluentem VII quartale ſiliginis et tres ſol., cum omni Jure, ut prefertur. Cum vero dicte Curie aliquibus villanis in apropriacionis vſum eſſent aſſignate, extunc, ut aſſeritur, minime deſolarentur, quia hereditas non deficeret eas deſolari. Nos vero, quantum in nobis eſt, dictas Curias concedimus poni in proprietatem hereditariam, dummodo redditus predicti integri maneant dicto plebano et ſucceſſoribus ſuis de heredibus perpetuis temporibus percipiendi. Et nos auctoritate ordinaria dictam apropriacionem hereditariam perpetuis temporibus poſſidendam approbamus, confirmamus et preſenti ſcripto munimus. Datum Luneburg, Anno domino M° CCC°

nonageſimo nono, dominica qua Cantatur letare. In cuius teſtimonium Sigillum vicariatus noſtri preſentibus eſt appenſum.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel.

CCLXVI. Heinrich Bremer, Ghert von Wuſtrow und Henning Vletmer geloben dem Rathe der Altſtadt Salzwedel eine Beſchatzung des der Gefangenſchaft entlaſſenen Heinrich Bremer zu entrichten, am 13. April 1399.

Ik Hinryk bremer, ſakeweldeghe, vnde wy ghert van woſtrow vnde Hennyngh vletmer, borgen vnnd medelouere, wy alle Bekennen openbare in deſſeme bryue vor allen luden, de ene ſeen, horen ader leſen, dat wy ſchuldich ſint deme rade in der oldenſtad zoltwedel achteyn mark lunneborghere pennynghe, alſe nu ghenghe vnde gheue ſint in deme lande lunneborgh, vor Hinryk bremers ſchattinghe vorghenomet. De vorſcreuen achtheyn mark ſcholle wy vnde wyllen en wol to danke bereyden vnnd betalen in der ſtad zoltwedel nu to ſunte Jacobs daghe negheſt tho comende myt reden pennynghen ader myt nugaſtighen panden, dar ſe deſſes vorſcreuen gheldes mede becomen moghen by cryſten eder by Joden, vnnd to den panden vul to dunde, alſe pandes recht ys. Dat loue wy Hinryk bremer, ghert van woſtrow vnnd Hennyngh vletmer alle vorghenomet myt ener ſamenden hant deme rade in der olden ſtad zoltwedele wol to holdende ſunder vortoch vnnd hulperede: vnde wert, dat wy en deſſes vorſcreuen gheldes nicht beredden vnnd betaleden vppe den vorghenomeden ſunte Jacopsdach, alſe vorſcreuen ys, welk vnſenn ſe denne manen vmme de ſamende hant, de ſchal ſe en holden, ofte ſe eme de myt rechte tho bracht hedden. Alle deſſe vorſcreuen ſtucke loue wy Hinrik bremer, ghert van woſtrow vnnd Hennyngh vletmer alle erghenomet myt ener ſamenden hant deme rade in der olden ſtad zoltwedel wol to holdende ſunder alle lyſt. Ok bekenne yk Hinryk bremer vorghenomet, dat yk nicht ſchal noch wyl loes ſyn van deme rade in der olden ſtad zoltwedele der vengheniſſe, de yk en ghelouet hebbe, deſſe vorſcreuen achteyn mark pennynghe ſin en vul vnnd al betalet, dat en nughet. Tu tughe vnnd merer bekantniſſe aller deſſer vorſcreuen ſtucke hebbe wy Hinryk bremer, ghert van woſtrow vnnd Hennyngh vletmer alle erghenomet vnſe inghefegele henghen laten an deſſen bryff. Gheven na godes bort druttheyn hundert Jar, in deme neghen vnnd neghenteghyſten Jare, des anderen ſondages na deme paſſchen daghe.

Nach dem Originale des Salzw. Archives XVII, 26.

CCLXVII. Ablaßbrief des Papſtes Bonifaz IX. für die Katharinenkirche der Neuſtadt Salzwedel, vom 7. Juni 1399.

Bonifacius, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis et ſingulis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne et fideliter ſerviatur, de abundantia ſue pietatis, que merita ſupplicum excedit et vota, bene ſervientibus ſibi mu . . . . retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen, deſiderantes domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum ſectatorem, fideles, quos ad complacendum ſibi quaſi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur ut parochialis Eccleſia novi oppidi in Soltwedel Verdenſis dioceſeos congruis honoribus frequentetur, et etiam conſeruetur, et ut Chriſti fideles eo libentius cauſa deuotionis confluant ad eandem eccleſiam et ad hujusmodi conſervationem manus porrigant promtius adiutrices, quo et hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui in feſto beate Catharine virginis eandem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim et ad conſervationem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, tres annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam eccleſiam, ſeu ad ejus fabricam aut hujusmodi conſervationem manus porrigentibus adjutrices, ſeu alias inibi pias elemoſinas erogantibus, vel alias aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, ipſa per nos alias facta conceſſio nullius exiſtat roboris vel momenti. Datum Rome, apud ſanctum Lampertum, VII. Id. Junii, Pontificatus noſtri anno decimo.

Nach Lenz Br. Urk. S. 486—488.

CCLXVIII. Der Gegenpapſt Benedict XIII. beſtätigt dem heil. Geiſt-Kloſter zu Salzwedel ſeine Beſitzungen und Rechte, am 27. November 1399.

Benedictus, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis prepoſito et conuentui monaſterii ſancti ſpiritus prope muros Soltwedelenſes per prepoſitum ſoliti gubernari, ordinis S. Auguſtini, Verdenſis dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis et honeſtis petencium precibus ſauorem beniuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates et immunitates, a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſiue per alias indulgentias vobis et monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates et exemtiones ſecularium exactionum, a regibus et principibus et aliis Chriſti fidelibus racionabiliter vobis et eidem monaſterio indultas, ſicut eas juſte et pacifice poſſidetis, vobis et per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat nach paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc

attemptare presumserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Auinionis quinto Kal. Decembris pontificatus nostri anno sexto.

Nach Gercken's Codex VIII, 467, wo diese Urkunde nicht im Einklange mit dem Pontificatsjahr, dem Jahre 1400 zugeschrieben ist. Benedict XIII. wurde erwählt den 28. September, gekrönt den 11. October 1394.

CCLXIX. Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg schließt mit dem Vogte zu Salzwedel, denen von der Schulenburg, von dem Knesebeck und der Stadt Salzwedel einen Schutzvertrag, am 13. Januar 1400.

Wy Erick, von godes gnaden Hertog to Sassen, Enghern vnde to Westualen, de Junghere, vnde Erik, vnse Sone, bekennen openbar yn deszeme Breue, witlick vor alsweme, dat wy vns yn vrüntliken deghedingen vordregen vnde vorghan hebben, mit den duchtigen Hanse von deme Knesebecke, Vogede to Soltwedel, von der Voghedye weghen tho soltwedele, myd allen den von der Schulenborch, wanhaftich to Betsendorpe, vnd mid den Radmannen vnde den Borgheren menliken in beyden steden, yn der olden stad vnd yn der Nyen Stad Soltwedel, yn deszer nascreuen wise, dat wy en allen, vnde der ganzen Voghedye to Soltwedel, vnde alle den gennen, de da in dersuluen Voghedye tu Soltwedel beseten sind, byde geistliken Lüden vnde werliken Lüden, gheuen hebben, vnde geuen enen rechten olden vnvorsegeden Handfredden aller Veide vnde schelunghe, de nu von stund an anstan schal, vnde vortan waren schal wente to Paschen nu negest to komende, vort ouer eyn gantz Jar. Vnde bynnen der Tüt schullen wy vnde wullen se vnd gantsen Voghedye to Soltwedel, vnde alle de Lüde, de darynnen beseten, gheistlike Lude vnde werlike Lude, truwelken vor schaden vorwaren vor alle vse Slotte, Stede vnd vse Gebede, vor alle vse Man vnde vndersaten, vnde vor alle de jenne, de vm vsen willen don vnde laten willen, lik vnsen eygenen Lande vnde Lüden sunder alle List. Hirvmme schullen se vns gheuen hundert Marck lubescher Penninghe, vnd ses laste ghudes soltwedelschen Beres, to hulpe to vnse Kosten, to betalende to Luchow, to dessen nascreuen daghen, als nu to Midvasten negest tokomende de ses laste Beres, vnde de hundert Marck Lubeschen Penninghe to Pyngsten, ok negest tokomende: vnde wer auer, dat ere Here de Marckgreue deszer deghedinghe nicht en wolde, so mogen se se vns verteyn nacht vore aueseggen, doch so schullen se vns de vorscreuen hundert Marck Lubescher Pennighe vnde ses laste Saltwedelsches Beres, vull vnde all betalen. Vnde dat vpsegghend schullen se vns vorkundegen to Lauenborch, yn erme openen besegelden Breue, vnde schullen se des van vns vordrach hebben. Weret ock, dat se dat van erem Heren hebben konten, dat se med vns yn dessen vrüntlicken deghedinghen bliuen möchten, na alse vore, so scalde we vnd wolden en vnd de Voghedie to Soltwedel den Vrede al vd holden vse Jar tall yn aller wise, alse vorscreuen is. Vnde bynnen desze vorscreuen tyt, alse we en dessen Vreden geuen hebben, en scole wy edder de vnse, noch en willen se edder nemande yn der Voghedye to Soltwedel yn jengerleye Ghude, gheistlich edder wercklich beschatten, noch to yenegerleye Vnplicht drenghen, edder dat don laten. Wer ock, dat yemend were van deszen vorbenomeden Hanse van dem Knesebecke, den van der Schulenborch edder den Borgheren van Soltwedel, den schade scheghe vd vseme Lande to Salzen, vte vsen

Sloten, Landweren, edder vt vſeme Ghebede, vnde dar wedder yn, des ſchole wy vnde willen en eyn wandel helpen lickerwis, eſte dat vſen eygenen Landen vnde vnderſaten gheſchehen were. Alle deſze vorſcreuen Stüke vnde Artikele vnde eren en yewelik beſundir, loue wie erghenanten Hertoge Erik vnde Erik, vnſe Sone, vnde vnſe Eruen, deſeme vorſcreuen Hanſe van deme Kneſebeke, vogede to Soltwedel, allen den van der Schulenborch, vnde den Radmannen to Soltwedel, an beyden ſteden wol to holdende, ſtede, vaſt, vnde vnverbroken in ghuden Truwen ſundir alle Liſt. Weret ok dat Hans van deme Kneſebeke ergenomet affqueme van der Voghedie to Soltwedel, we na en voghet worde to Soltwedel, de mochte vns vorwaringhe don an deſzeme Vrede, ſunderken an ſinen Breue, dar ſcolde deſe Breff vnverbroken vnde vnghekrenket mede bliuen. To orkunde alle deſzer vorſcreuen Stüke hebbe wi Hertog Erik vorbenomt vnde vnſe Sone Hertog Erik vnſer beider Ingheſegele ghehenght laten to deſzem Breue, De ghegheuen vnde ſcreuen is na Godes Bord an dem verteinden hunderſten Jare, des achten dages na tuelſten.

Nach dem Originale des Salzw. Archives VI, 20.

CLXX. Notariatsinſtrument über die Abtretung des Patronates über den Marien-Magdalenen-Altar in der Marienkirche zu Salzwedel an den Rath daſelbſt, vom 4. Mai 1400.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiuſdem M°. Quadringenteſimo, jndictione octaua, menſis Maii die quarta, hora ueſperorum uel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in criſto patris ac domini noſtri domini Bonifacij, diuina prouidentia pape noni, anno vndecimo, jn mei notarij publici teſtiumque infraſcriptorum preſencia perſonaliter conſtituti honeſti viri ac multum diſcreti Johannes bartoldi et hermannus chuden, conſules antiqui opidi Soltwedel, necnon dominus Bernardus duuel, perpetuus beneficiatus in Soltwedel et dominus Johannes hartwici, plebanus in winteruelde, controuerſia inter prefatos dominos preſbiteros exorta in cauſa beneficiali, videlicet altaris beate marie magdalene, ſiti in eccleſia beate marie virginis in Soltwedel, taliter eſt diſbrigata et in amicitia compoſita tali modo: primo prefatus dominus Bernardus duuel animo deliberato libere reſignauit dictum beneficium, ſibi canonice collatum a Wendelen, ſorore Johannis lughen pie memorie, tamquam a vera et indubitata patrona, videlicet prefati altaris beate marie magdalene, cum ius patronatus ſeu ius preſentandi de iure dinoſcebatur ad ipſam pertinuiſſe, ad manus dicte Wendelen et ipſa immediate dedit cum bona premeditatione ius patronatus prefati altaris ſeu ius preſentandi, quod ipſa habuit in dicto altari, Conſulibus antiqui opidi Soltwedel pure propter deum, cum ius patronatus ſeu ius preſentandi per donacionem licite tranſire poteſt de prefato beneficio. Iſtis vt premittitur habitis, prefatus dominus Johannes, plebanus in winteruelde, eciam collacionem ſibi factam per patronos ſuos, videlicet dominum hinricum, hogerum et per patrem ſuum wolterum, dictos hartwici, ad manus eorum mera deliberacione prehabita reſignauit ac ipſi ſimili modo eciam ius preſentandi, quod eis in dicto beneficio compeciebat, ad manus predictorum conſulum animis bene deliberatis reſignarunt pure propter deum et ſic dictum ius eciam per donatores tranſſiiſſe videbatur: et ſic ius patronatus ſeu ius

preſentandi in totum prefati beneficij, videlicet altaris beate marie magdalene, ſiti in eccleſia beate marie virginis in ſoltwedel, ad prefatos conſules eſt per donatores tranſlatum et hoc perpetuis temporibus duraturum. Acta ſunt hec in eſtuario in magna curia bagutarum, Anno, Indictione, Menſe, die, hora, loco et pontificatu, quibus ſupra. Preſentibus diſcretis viris domino Johanne karſtede et Schehliao de chuden et quam pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Johannes Conſulis, Clericus verdenſis dyoceſis, publica Imperiali auctoritate notarius fideliter examinatis et a domino noſtro Epiſcopo verdenſi approbatis et admiſſis Preſentibus conſtitutis actioni, factioni et ordinationi, cum ſic ut premittitur agerentur et fierent, vna cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam redegi, quam ſigno meo ſolitis et conſuetis ſignaui in euidens teſtimonium premiſſorum rogatus et requiſitus.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 25, No. 19.

CCLXXI. Markgraf Jobſt ſchenkt dem Hoſpital St. Georg zu Salzwedel den Platz, da vormals die Judenſchule geſtanden hat, am 7. April 1401.

Wy Joſt, von gotes gnaden Marggraff zu Brandemburg, des heiligen Römiſchen Reichs Ertzcamerer, Marggraff vnd Herre zu Merhern, bekennen vnd tun kunt offentlichen mit diſem Briue allen den, die In ſehen oder hören leſen, das wir durch truwes dinſtes vnd bete willen vnſer liben getrewen Ratman zu Saltwedele, die Sichen tzu Sand Jürgen begyfft, begabet vnd zugeben haben eyn Blech, gelegen in der alden Stat zu Saltwedele, dar vormals der Juden ſchule geſtanden hat, mit aller rechtikeit, als wir die gehabt haben, zuhabene, zubeſitzene vnd zu bruchende zu iren Nutzen ane hinderniſſe. Mit Vrkunt des Briues vorſigelt mit vnſerm anhangenden Inſiegel. Geben zu Berlyn, nach Criſts geburt in dem eyn vnd viertzehenhunderten Jaren, des nechſten Donnerſtages nach dem heiligen Oſtertage.

De mandato dom. marchionis Hinko prothonotarius.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XXXIX, 10.

CCLXXII. Papſt Bonifaz IX. geſtattet der Stadt Salzwedel, daß wegen eines nur vorübergehenden Aufenthalts, den Gebannte darin nehmen, der Gottesdienſt nicht eingeſtellt werden ſoll, am 2. Januar 1402.

Bonifacius, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Honeſtis et humilibus ſupplicum votis, illis preſertim, que divini cultus augmentum et animarum ſalutem concernunt, libenter annuimus, illaque quantum cum deo poſſumus favoribus proſequimur oportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Proconſulum, Conſulum et univerſitatis

